

De genetivi apud priscos scriptores Latinos usu.

De genetivi apud priscos scriptores Latinos usu.

— T.B. —

Quantum post Holtzii syntaxin prisorum scriptorum Latinorum, qui ipse fundamenta quasi iacere et viam munire voluit ad historiam linguae Latinae, praestandum sit, ut priscae latinitatis corpus ut ita dicam perfectum et ab omni parte absolutum conficiatur, — Draegeri enim Historische Syntax der lateinischen Sprache, in prisa latinitate enarranda fere prorsus pendet ex Holtzii syntax illa — cum multi saepe antea, tum nuper Studemund in Studiis in priscos scriptores Latinos collatis vol. I p. VI sq. exposuit. Itaque quamquam a multis viris doctis nostra aetate in hanc provinciam accuratissime et diligentissime inquire coepit est, tamen tantum abest, ut iam omnia sint satis explorata et patetfacta, ut non paucae quaestiones grammaticae restent, quae denuo tractandae atque examinandae sint. Atque equidem nunc mihi genetivi apud priscos scriptores usum accuratius perquirendum proposui, qui ab certa illa loquendi ratione, quam Ciceronis aetate valere constat, multis in rebus abhorret. Sed priusquam ad rem ipsam adgrediar, hoc mihi commemorandum esse puto, me praeter genetivum subiectivum, obiectivum, possessivum, qui quidem nihil singulare in se habeant, cetera omnia huius casus genera historicum ut ita dicam ratione esse pertractaturum omniaque quantum fieri potest exempla, etiamsi non ita discrepent a communi aureae aetatis consuetudine, allaturum, ut in uno eoque facili quamque brevissimo conspectu res tota ponatur.

Genetivus appositivus (definitivus, explicativus, epexegeticus) cf. Holtze I p. 7 sq. p. 340. Draeger I² § 202, 1. 2. Propria vis atque natura genetivi elucet in ea coniunctione duorum substantivorum, quae proxime accedit ad appositionem, i. e. ubi alteri substantivo ea notio, qua illud continetur aut definitur, in casu genetivo apponitur. Cuius genetivi usus cum omnino apud priscos scriptores angustis finibus coercitus est, tum nominum geographicorum cum substantivis urbs, oppidum, promunturium coniuctorum exempla nulla inveniuntur. Ex substantivo

nomen pendet genet. appos. his locis: Pseud.^{*)} 1108 nomen servitutis ferunt. Caec. Stat. Com. 76, 254 nomen virginis deintegravit = virginitatem. Afran. Com. 173, 57 novercae nomen huc adde impium. 206, 326 nominis matronae sanctitudinem. Vocabulo res per circumlocutionem semel est usus Plautus Amph. 633 res voluptatum = voluptates. Alterum exemplum, quod ab Holtzio et Draegero affertur ex Truc. I 2, 39 rem — amoris = amorem, auctoritate cod. A: Veneris publicum aut Amoris (Stud.) refutatur, item ex eadem fabula II 1, 4 ob amoris prandium = ob amorem, A: praedium. Sed huc referenda sunt tales quoque circumlocutiones ut Mil. 599 nostri spolia consili = consilium nostrum (cf. Lor. ad h. I) Capt. 841 exigam omnis maculas maerorum. Poen. I 1, 70 inest amoris macula. Mil. 233 regio astutiarum mearum. 886 regionem fugere consili. 883 lorea (coniect.) orationis. Most. 688 senatum consili — convoco. Mil. 502 supplicium virgarum. Pers. 419 suduculum flagri. Poen. I 1, 73 infortuni ballista. Amph. prol. 68 pignus togae. Enn. Ann. I 96 sq. corpora sancta avium = aves. In aliis eius modi coniunctionibus duorum nominum vel abstractorum vel concretorum id substantivum, quod in nominativo ponitur, fere in adiectivum mutari potest. Asin. 473 flagitium hominis = flagitious. Cas. II 1, 8. III 2, 22. Men. 489. 709. — Asin. 297 gymnasium flagri. Aul. IV 8, 3 hominum mendicabula = mendici. Cas. II 1, 13 stabulum nequitiae. Most. 350 st. confidentiae. Pers. 418 st. servitutum. Truc. II 7, 31 st. flagiti. Cerc. 192 Ebriolae persollae nugae = nugatoria coniec. Ussing in edit. sua. Ebriola's persolla, nugae Gz. Cerc. 614 scelus viri. Mil. 1434. Truc. II 7, 60. — Pers. 192 scelus tu pueri's. Rud. 456 sc. lenonis (coniect.). — Bacch. 829 scelerum caput. Cerc. 234. Mil. 494 (cf. Lor. Br.) Pseud. 446. 1054. Rud. 1098. — Pseud. 132 periuri caput. Rud. 1099. — Merc. 755 satis spissum filum mulieris. Pers. 204 deliciae pueri. 849 frustum pueri. Poen. I 2, 61 monstrum mulieris. Eun.^{**)} 696 monstrum hominis Poen. V 5, 31 hallex (talax) viri. Pseud. 893 coqui sublingio. Pseud. 817 senapis sclera (coniect.) Rud. 733 flagiti flagrantia. Novius Com. 268, 88 homonum quisquiliae (coniect.).

Genetivus materiae sive generis et raro et apud poetas tantum invenitur. Qui cum materiam vel partes exprimat, ex quibus aliquid constat vel compositum est, interdum magna similitudo intercedit inter hunc genetivum et genetivum quantitatis. Asin. 487 argenti nummus. Aul. I 2, 30. Most. 535. 1080. Pœa. III 4, 22. Pseud. 97 (cf. Lor. ad h. I) 299. — Mil. 1061

*) In afferendis exemplis usus sum his editionibus: Legis XII tabb. reliquiae ed. Schoell. 1866. — Livii Andronici Odysseae reliquiae ed. Günther Progr. Greiffenberg 1864. — Cn. Naevii Belli Punici reliquiae rec. Vahlen 1854. — T. Macci Plauti com. Trin.² Mil. Bacch. Stich. Pseud. Men. Most. Pers. Merc. ex rec. Ritscheli. Amph. Capt. Rud. Asin. ex rec. Fleckeiseni 1850. 51. Epid. Cercul. rec. Goetz 1878. 79. Poen. Cas. ed. Geppert 1864. 66. Aulul. rec. Wagner 1866. Trucul. ed. Spengel 1868. Cist. ex rec. Gronovii 1664. — P. Terenti com. ex rec. Fleckeiseni 1858. — Q. Enni Annalium fragm. rec. Vahlen: Ennianae poes. reliquiae 1854 p. 1—88. — Scenicæ Roman. poes. fragm. rec. Ribbeck alt. edit. — M. Catonis praeter librum de re rust. quae exstant rec. Jordan 1860. — M. Catonis de re rust. ed. Schneider 1794. — C. Lucili sat. rel. em. L. Müller 1872. — Praeterea perlustravi Oratorum Roman. fragm. Meyer ed. alt. 1842; Historicorum Roman. rel. i. Peter 1870; Fontes juris Rom. antiqui Bruns 3 edit. 1876, quae quidem pertineant ad medium saeculum urbis septimum et Monumenta epigraphica liberae rei publicae (Corpus Inscript. Latin. vol. I ed. Mommsen) usque ad exituhi septimi urbis saeculi.

**) De genetivi usu Terentiano extat Liebigii commentatio Oels 1853.

talentum Philippum (sc. nummorum) auri. Trin. 1158 ille auri Philippum. Pseud. 629 libella argenti. Capt. 947. De locutionibus talentum argenti, mina argenti, quippe quibus pondus quoddam significetur, v. genet. quantitatis. — Aul. III 3, 6 fustis fissorum. Epid. 28 (I 1, 26) fasces virgarum. Cornel. Sisenna Hist. IV Pet. p. 289, 9 fasces sarmentorum. Men. 913 elebori unguen. Pers. 782 vehiculum argenti. Poen. II 35 visci globi. Stich. 213 potionis mulsi. Mil. 1065 argenti montes. Phorm. 68 montes auri. Epid. 84 (I 1, 78) montes mali. Merc. 618. — Most. 352 mali maeroris montem. Pseud. 189 frumenti acervi (cf. Lor.). Men. 988 saltus damni (cf. Br.). Merc. 163 thensaurum mali. 641. — Trin. 314 damni conciliabulum, 553 hospitium calamitatis. Acc. Trag. 218, 633 flucti crux. Lucil. XX 4 ius maenarum. Poen. V 4, 14 Juppiter, qui genuis colis hominum = genus humanum. Trin. 290. — Enn. Ann. I 84 genus altivolantum. III 149 Graium genus. VI 187 stolidum genus Aeacidarum. Enn. Trag. (R.) 54, 269 deum genus et caelitum. 68, 362 stirps liberum. 68, 363 liberorum genus. Pompon. Com. 243, 119 omne piscati genus. Alia eius modi exempla, quibus pars quaedam indicatur v. sub genet. quant.

Genitivus possessivus. Cum omnes huius modi genetivos enumerare et longum neque operae pretium sit, sufficiat hoc loco rarioris generis exempla afferre. Ac primum quidem ellipsis nominis regentis, ex quo pendet genet. poss. ut tempulum, servus commemorabo. Adel. 582 ubi ad Dianae veneris. Pompon. Com. 245, 133 ad Veneris est profectus. Amph. 383 Amphitruonis te esse aiebas Sosiam sc. servom. 411 equidem sum Amphitruonis Sosia. Curn. 230 estne hic Palinurus Phaedromi? Andr. 357 huius video Byrriam. Amph. 346 Possum scire quoius sis? 375, 378, Truc. II 7, 44 cf. Pompon. Com. 227, 14 sq. — Amph. 483 eorum Amphitruonis alter est, alter Jovis sc. filius. Heaut. 985, 996 Ellipsis vocabulorum filius, filia, uxor inter duo nomina propria apud priscos scriptores non invenitur. Iam sequantur exempla genitivi possessivi, qui intercedentibus verbis esse et fieri cum subiecto coniungitur. Bacch. 578 harum sunt aedes. Cas. II 2, 29 hoc viri censeo esse. Alia exempla v. Cist. III 2. Curn. 39. Poen. V 3, 18. Rud. 967, 1021, 1091, 1094, 1361. Stich. 545. Trin. 178, 521, 533, 534 (coniect.) 536. Andr. 810. Adel. 625. Caec. Stat. Com. 53, 104 quod matris fuit. Ex inc. Com. 124, 75 villa est patrui. Cat. r. r. c. 146, 2 domini esto. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 6 ioudicium — eorum h. l. esto. Lex Anton. de Term. C. J. n. 204 I 12 sq. Quei agrei — Thermensium maiorum Pisidarum — sunt fueruntve. I 27 sq. I 33. II 24 sq. — I 15 quaeve insulae eorum sunt fueruntve. — Cas. prol. 15 iuniorum qui sunt. Cat. Orig. V. (J.) 23, 7 haud scio an partim eorum fuerint. Cat. orat. XL (J.) 58, 8 si trium virum sim. — Huc spectant quoque ii genitivi, quos vulgo ellipsi voc. officium, signum, res interpretamur. Capt. 583 est miserorum. Most. 190 matronae non meretricis est. Poen. III 1, 20 servoli esse duco. Stich. 765 prostibulist. Truc. II, 4, 80 sq. non amantis mulieris sed socienni unanimantis, fidentis fuit. Caec. Stat. Com. 46, 68 inepti est. Lucil. IX 11 praetorumst cf. XIV 25. XXVI 8. XXVIII 51. Andr. 187 iniqui patris est. Adel. 734 simulare certe est hominis. Pro genitivo pron. person. Latinos usos esse pronom. possessivis, iam tirones discunt. Asin. 190 non meumst:: Nec meum quidem edepol. Mil. 1363. Pers. 46. Poen. III 1, 69, 70. Rud. 341. Stich. 716. Trin. 123, 631. Enn. Satur. rel. p. 159, 36 (V.). Andr. 678. Heaut. 549, 578. Acc. Trag. 150, 108. Interdum ad accuratiorem dictionis definitionem substantiva illa officium, signum, res adduntur. Aul.

IV 1, 7 hoc servi esse officium reor. Cas. III 3, 22 non matronarum officium est. Most. 27 hocine boni esse officium servi existimas. 412 id viri doctist opus. Poen. I 3, 18 meum est istuc officium. Pseud. 377, 913. — Stich. 297 neque id viri officium arbitror. Trin. 174 quid fuit officium meum. 962 si capit is res sit. Andr. 168 tuomst officium. 236 hocinest officium patris. 330 officium liberi esse hominis puto. Heaut. 120 animist pudentis signum. Phorm. 139 istuc virist officium. Adel. 966 non mediocris hominis haec sunt officia. Pacuv. Trag. 110, 269 id viri est officium. Lucil. IX 64 numimi opus atque assis.

Genitivus obiectivus. Cum varia huius genetivi genera apud priscos quoque scriptores inveniantur, supersedeo magnam exemplorum vim hic afferre unumque id adnotabo, priscos scriptores *praepositiones pro genetivo obiectivo prorsus evitasse*. Deinde breviter attingam attractionem illam pronom. demonst. hic, is, iste pro genet. obiect. (cf. Br. ad Mil. 769). Capt. 358 gratia ea i. e. eius beneficij 374 copiam istam. 721 petitio gratiam istam. 934 di eam potestatem dabunt. Cist. II 3, 84 hanc gratiam. Mil. 769 hanc copiam. 971 eam copiam. 1233 iste metus. Pers. 258 eam fore mihi occasionem. 756 eas (R. ea re) vobis gratis habeo. Poen. V 4, 84 eas (Gepp. eius) gratias agere. Pro genetivo obiectivo pronominis person. usurpari pron. possess. notum est; huius constructionis unum exemplum inveni: Phorm. 1016 neque neglegentia tua neque odio id fecit tuo. Heaut. 307 desiderio id fieri tuo, iam Bentl. omisit tuo. cf. Adel. 75 potius sua sponte facere quam alieno metu. — Duo genetivi ex eodem substantivo pendentes, quorum alter subiectivus est alter obiectivus, quam dicendi rationem ab optimis scriptoribus brevitatis studiosis non semper defugi nemo nescit, a scaenicis vitabantur, quoniam in dialogis nexus verborum quam maxime pellucidus sit oportet. Hoc unum exemplum mihi occurrit: Poen. V 4, 15 quem penes spes vitae sunt hominum. — Nec saepe duo genetivi substantivo ita adiuneti sunt, ut alter ex altero pendeat. Naev. Bell. Pun. I 7 ei venit in mentem hominum fortunas (Gen.). Bacch. 601 illius (Gen. sub.) sum integumentum corporis (Gen. ob.) Stich. 283 in exspectatione Epignomi adventus viri. Trin. 737 facere id eius (Gen. sub.) ob amicitiam patris (Gen. ob.). Merc. 241 uxoris dotem simiae. Pseud. 951 ubi sit os lenonis aedium. Rud. 199 haec eius sunt bonorum reliquiae. Truc. II 7, 47 sq. petili doni causa Olerum atque escarum et poscarum. Amph. 486 Alcumenae huiusc honoris gratia. Aul. prol. 25 eius honoris gratia. Caecil. Stat. Com. 71, 216 vide hominis quid fert morum similitas. Pacuv. Trag. 118, 329 sq. neque fratris necis neque eius gnati parvi. 164, 219 scelerum fratriss delitor. Afran. Com. 210, 346 non dolorum partitionis veniet in mentem tibi. Duorum genetivorum alter est gen. partitivus his locis: Capt. 809 eorum si quoiusquam scrofam conspexo. Men. 812 deosque do testis — :: Qua de re aut quoius rei rerum omnium? Mil. 1061 talentum Philippum auri. 1064 plus mi auri milles modiorum Philippi. Stich. 587 nunc mihi medium mille esse argenti velim. Truc. I 1, 4 amantum summa summarum. Heaut. 269 nequid huius rerum ignores. Turp. Com. 110, 209 sq. nil quicquam a me adeptus praemi nec fructus tuae Benignitatis atque obsequii. Cat. r. r. c. 10, 1 oletum agri iugerum CCXL. Tres genetivi leguntur Trio. 1158 Spondeo et mille auri Philippum dotis. Ut duos genetivos evitaret Terentius Heaut. 652 praepositione usus esse videtur: ne expers partis esset de nostris bonis. Nam alio loco praepositionem pro genetivo partit. apud Terentium non inveni. Ex his quae attuli exemplis

apparet, Draegerum I^o § 205 suo iure contendisse, casu factum esse, quod adhuc exempla genetivorum inter se pendentium ex priscis scriptoribus a grammatis allata non sint.

Genetivi gerundii et gerundivi ex substantivis, quibus causa, gratia, ergo adicere liceat, et adiectivis pendentes. Cum Holtze II p. 53 sq. iam magnam exemplorum copiam congesserit, equidem satis habeo ea afferre, quae ab illo omissa sunt. Causa Hecy. 255 retinendi causa. 342 visendi. Afran. Com. 181, 134. Pompon. 240, 97. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 65 tribuendi. Lex agr. C. J. n. 200, 51 rei procurandae. Sent. Minuc. C. J. n. 199, 31 colendi. Lex Anton. de Term. C. J. n. 204, II 9 hiemandi. Lex Cornel. de sic. et benef. (Br. p. 81) hominis necandi furtive faciendi. — **Gratia** Pacuv. Trag. 82, 43 parentum incertum investigandum gratia. Acc. e. l. 164, 217 epulandi gratia. — Ergo Cat. r. r. c. 139 illiusce sacri coercendi ergo c. 141, 3 lustri faciendi ergo. Nominativus est causa Phorm. 50 puer causa erit mittundi. — Pausa Eun. Ann. inc. fr. p. 83, 572. Lucil. I 13. Acc. Trag. 174, 290. — **Copia** Capt. 748. 852. Mil. 1226. Trin. 1131. Eun. prol. 21. Heaut. prol. 29. 282. Pacuv. Trag. 91, 117. — **Lubido** Trin. 745; ceteris locis hoc subst. cum infin. construitur. — **Occasio** Capt. 117. Amph. fragm. abiendi. — **Potestas** Truc. II 2, 38. Andr. 52. Pacuv. Trag. 80, 24. — **Spatium** Capt. 743. Phorm. 701 sq. apparandi nuptias etc. (Umpf.). Pacuv. Trag. 102, 207. 103, 220. — **Spes** Phorm. 826 sq. Afran. Com. 210, 350. — **Tempus** Trin. 432. Ph. 828. Hecy. prol. 44. — **Locus** Capt. 211 sq. (Br.) colloquendi (codd. loquendi). Mil. 601. Heaut. 218. Acc. Trag. 190, 418. 192, 432. — **Via** Poen. III 3, 16. Heaut. 583. — **Finis** Phorm. prol. 22. 23. — **Exercitus** Capt. 153. — **Pars** Asin. 519. — **Satietas** Poen. I 2, 6. — **Labor** Pseud. 5 sq. — **Compendium** Pseud. 605. — **Intercapedo** Turp. Com. 108, 184. — **Studium** Lucil. XXX 82. — **Prolixitudo** Pacuv. Trag. 92, 127. — **Astutia** e. l. 122, 358. — **Satietas** e. l. 132, 410. — **Insolentia** e. l. 172, 276. — **Vicissitas** e. l. 212, 586. — **Morbus** Cat. orat. XXXIX (J.) p. 57, 29. — De rara constructione Capt. 852 nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia, et Heaut. prol. 29 novarum qui spectandi faciunt copiam v. Br. ad Capt. 849 et Draeg. II § 597, d. a. Falso autem hoc refert Draeger I. l. d. β. haec duo exempla: Capt. 1008 lucis das tuendi copiam, quoniam lux apud Plautum plerumque generis masc. est et Hecy 372 eius (*Philumenea*) videndi cupidus, quae constructio ex analogia pronominum personalium videtur conformata esse. cf. Kühner, Ausführliche Grammatik der lat. Sprache II. § 132 A. 11. Itaque totus ille locus p. 799 sq. d. β. apud Draegerum delendus est. — Denique restant duo loci, ubi gen. gerund. constructione graeca imprimisque apud Tacitum usitata consilium quoddam exprimit. Draeg. II p. 801. Kühner II § 132 c. Adel. 270 ne id adsentandi magis quam quo habeam gratum facere existumes, et Lucil. XI 4 sq. viai sternenda iaciendum huc aggerem. Nam Rud. 1374 ius iurandum rei servandae non perdundae conditumst, pro dativo potius iste casus habendus est. — Exempla liberioris usus infinitivi pro gen. gerundii post substantiva congesit fere omnia Holtze II p. 29 et p. 42. Omisit Trin. 626 est lubido audire. 865 magist lubido observare. Acc. Trag. 174, 291 tempusque in castra reverti. Ex inc. Trag. 269, 226 prolubiumst petere amicitiam et fidem. Delenda sunt apud Holtzium II p. 42 Men. 552 sq. (III 3, 28 sq.) Sed quid ego cesso, dum datur mi occasio Tempusque, abire ab his locis, ubi infin. abire pendet ex verbo cesso, et Poen. III, 3, 46 tu, si te di amant, agere tuam rem occasiost, ubi cum Acidalio age pro agere legitur.

Restat ut de adiectivis cum genetivo gerundiiconiunctis pauca dicam. Atque apud Plautum, nisi omnia me fallunt, nullum huius constructionis exemplum extat, ex aliis scriptoribus adnotavi haec: Hecy. 91 cupida redeundi, abeundi a milite Vosque hic videndi. 283 cupidus redeundi domum. 372 eius videndi cupidus. Cat. ad Marc. fil. (J.) 78, 13 colendi peritus. e. l. 80, 1 dicendi peritus. Cat. r. r. praef. 3 studiosus rei quaerendae.

Genetivus qualitatis. Prisci scriptores multo artioribus finibus huius genetivi usum circumscriptum tenent quam ablativum qualitatis.*). Nam omissis sescentis illis formulis huius modi, eius modi, istius modi, quoius modi, alius modi (semel apud Fannium Ann. I Hist. Pet. p. 138, 3. sq.) nihil, bonae frugis et illis genetivis, qui quantitatem quandam exprimunt, quique permulti apud Catonem de re rust. leguntur (ut c. 10, 1 oletum agri ingerum CCXL., c. 11, 1 vineam ingerum C. c. 18, 7 fundamenta pedum duorum, c. 18, 8 trabes pedum XXII. etc. etc.) unius substantivi pretium genet. qual. saepius invenitur. Epid. 410 (III 3, 29) servom quantivis preti. Pers. 625. Andr. 856. — Heaut. 64 agrum — preti maioris. Adel. 891 sq. hominem maxumi preti. Aul. IV 10, 60 nullum tam parvi preti. Trin. 257b. Hecy. 799. — Cas. I. 10 vilice hand magni preti. Cure. 167. Mil. 145. Stich. 235. — Asin. 858 minimi mortalem preti. Bacch. 444. Cas. III 4, 4. Epid. 494 (III 4, 58), 502 (III 4, 66). Men. 489. Mil. 558. Trin. 925. Similiter dictum est Truc. II 7, 49 amas hominem non nauci?**) et Bacch. 1102 hoc servom meum non nauci (Pareus interpret. contemptissimum) facere esse ausum. Quo loco non recte Lorenzum ad Most. 1028 Kühnerum II § 86, 5 alias voces non nauci cum verbo facere coniunxisse, sententia ipsa huius loci docet. Cum verbis coniunctam hanc vocem v. sub gen. pretii. — Huc referendus est quoque genetivus nihil, qui pro adiectivo aut cum substantivo coniunctus aut solus apud Plautum legitur. (cf. Lor. ad Pseud. 1085.) Bacch. 904 homo nihil. 1188. Cas. II 3, 29. Mil. 285. Trin. 1013, 1017. Truc. II 3, 12, 7, 40. III 2, 27. — Cas. III 2, 29 illum nili, decrepitum virum. Cas. II 3, 22 Eho tu, nihil cana culex. Merc. 125 nimis nihil tibicen siem. Mil. 180 propter nihil bestiam. Stich. 189 nihil — verbum. Enn. Com. 154, 10. (V.) Illic nugator nili (codd. nihil). — Asin. 472 impure, nihil, non vides? 859 madidum, nihil, incontinentem. Cum verbis aestimandi cf. nihil sub gen. pretii. — Eadem significatione usurpatur formula nulli rei, quam non dubito quin Holtze I p. 307 et Draeger I² § 194 falso dativum esse putent: Stich. 718 nulli rei erimus postea, et Cat. inc. libr. (J.) p. 85, 7 Qui tantisper nulli rei sies dum nil agas. cf. Ritschl Op. II p. 692. Itaque Gronovium recte scripsisse mihi persuasum est Gell. VI 11, 2 veteres homines appellaverunt — „nequam“ hominem nihil, nulli rei neque frugis bonae (Hertz, variet. lect. Gronov. p. XVI.) Jam ut ad hanc, quam modo commemoravi, locutionem transeam, quae vulgo legitur frugi bona, magna est disceptatio inter doctos homines, utrum pro casu genetivo (sic Brix ad Capt. 3 953. Bergk Auslaut. D im alten Latein p. 78 A. 3. p. 98. p. 163) an pro dativo (Lorenz ad Pseud. 448. Draeger I² § 194. Nielaender, der factitive Dativus etc. Krotoschin 1874, p. 26) habenda sit. Equidem iam ex loco Gelliano, quem modo laudavi, satis apparere existimo, frugi bona et frugi aequae ac nihil, trioboli, nulli rei esse genetivos qualitatis.

* De ablativo qualitatis cf. Ebrard De ablativi, locativi, instrumentalis apud priscos scriptores Latinos usu 1879, § 44 sq. Commentatio ex supplementis annualium philologicorum seorsum expressa.

**) cf. Lucianus Müller, quaeritur de eo quod est nauci facere et sim. Philol. XXXVII p. 357—60.

Ad exempla prioris formulae, quae Lorenz I. I. attulit, adde: Cas. II. 5, 19 siquidem tu frugi bona es. Cerc. 521 bonae frugi sies. Merc. 521 bonae hercle te frugi arbitror. Poen. IV. 2, 23 quasi ipse sit frugi bona. V. 4, 56 tu frugi bona es. Truc. I. 1, 20 atque est benignus potius quam frugi bona. — Frugi sine adiectivo ut nihili aut attributi aut praedicati loco usurpat. Amph. 959 servom — frugi. Aul. IV 1, 1. Cas. II 3, 37. 50. — Asin. 856 sq. virum — siccum frigi continentem. 861 illum hominem semper sum frigi ratus. Bacch. 654. Epid. 693 (V 2, 28). Trin. 1018. Heaut. 580. Adel. 959, 982. — Cerc. 502 nec quisquam — frugi. — Asin. 175 frigi esse volt. Aul. IV 9, 6. Bacch. 370. 665. Epid. 493 (III 4, 57.) Mil. 1360. Pers. 454. 841. Poen. III 4, 41. V 2, 3. 138. Trin. 441. 1182. Eun. 608. 816. Heaut. 597. — Reliqua exempla genetivi qualit. sunt haec: Aul. II 4, 46 trium litterarum homo. Men. 542 duom nummum stalagmia. Truc. II 3, 13 mille passuum peperit moram. Heaut. 909 decem dierum vix mihi est familia. Phorm. 393 talentum rem reliquisset decem. Capt. 471 uni subselli viri (cf. Br.) Stich. 489. — Capt. 887 quoius erat tunc nationis. Merc. 525 generis Graecist.*). Men. 100 ipsus escae maxumae. Vidul. fragm. I 25 (Stud.) servus — cibi minimi. Pompon. Com. 231, 39 non multi sed temeti plurimi. (cf. Hor. carm. I 36, 13 Damalis multi meri. Cic. ad famil. IX 26, 4 multi cibi hospes.) Most. 782 magni sunt oneris. Men. 269 homo iracundus, animi perdit.**) Merc. 828 istarum esse operarum patrem. Poen. I 2, 36 eius seminis mulieres sunt. 2, 168 non ego homo trioboli sum. II 17 homo trioboli. Pseud. 1196 hominem nullius coloris. (at Rud. 997 quo colorest? Eun. 689 senex colore mustelino. Pacuv. Trag. 94, 147 rubicundo colore. Cat. r. r. c. 109 vinum bono colore.) Andr. 608 nulli consili sum. Eun. Ann. VII 250 sq. homo — verbum paucum. Eun. 408 sq. Immo sic homost: Perpauorum hominum: Immo nullorum arbitror. Eun. 234 sq. mei loci atque ordinis hominem. Pompon. Com. 249, 163 cuiusvis leporis Liber diademam dedit. Cat. r. r. c. 1, 5 videto quam minimi instrumenti siet. Duobus locis genet. et abl. qualit. coniuncti leguntur: Vidul. Fragm. I 25 (Stud.) Servo pudico tibi si est opus — Cibique minimi maxumaque industria. Cat. r. r. c. 1, 5 Instrumenti ne magui siet, loco bono siet. — Jam restat unus locus dubiae lectionis Most. 814 te esse humano ingenio existumo, ubi vestigia codicum secuti et Bergk Auslaut. D im alten Latein p. 52 et Müller Prosod. Plaut. p. 630 sq. humani ingeni scribere volunt. Quae constructio repudianda est, quod hoc substantivum apud priscos scriptores nusquam in genetivo qualitatis positum legitur. cf. Ebrard § 44 p. 623 (ubi v. 9 pro Merc. legendum est Most.) et § 45 p. 624. Omissi sunt ab Ebrardio hi loci: Asin. 944 nec quisquam tam ingenio duro. Bacch. 454 haut consimili ingenio atque illest. 1086 eost ingenio natus. Capt. 402 nos fuisse ingenio hau discordabili. Stich. 116 ingeniorum bono. Truc. IV 3, 6 colubrino ingenio. Caecil. Stat. 58, 136 habuisse ingenio si sto amatores.

*) Ceteris omnibus locis genus in abl. qualit. positum est. Aul. II 2, 35 quali genere. III 6, 18 genere Geryonaceo. Cist. I 2, 11 summo genere — pater. Pers. 651. Trin. 326. — Trin. 851 hic fungino generest. Ebrard I. I. § 45 unum locum attulit Lucretianum.

**) Ceteris omnibus locis abl. qual. huius substant. invenitur cf. Ebrard. I. I. Adde: Bacch. 612 protervo, iracundo animo, indomito, incogitato sum. 1015 animo cupido fui. Epid. 643 (V 1, 36) animo liquido et tranquillo es. Rud 685 muliebri animo sum. — Bono animo es saepissime: Mil. 1143, 1206. 1342. Pseud. 322. Amph. 671, 1131. Cist. I 1, 75; II 3, 47.

Genetivus partitivus. Genetivi partitivi duo genera distinguenda sunt: eo enim nomine, quod in genetivo positum est, aut id quod natura totum est significatur, cuius nomen regens partem quandam quae demitur indicat, ut *multi hominum*, (*genetivus qui vulgo vocatur partitivus*) aut ea res, quam metimur, cuius nomen regens mensuram quandam exprimit, ut *modius frumenti* (*genetivus quantitatis sive generis sive mensurae*). Transitus autem ex illo genere ad hoc saepe ita sensim ac paulatim fit, ut non pauci genetivi, praecipue qui ex substantiis ut *pars*, *numerus*, vis pendent in utroque genere numerari possint. Et genetivi partitivi quidem ii vulgo appellantur, qui coniunguntur cum comparativis et superlativis, cum numeralibus et pronominiis masc. et femin. generis; genetivi quantitatis ii, qui pendent ex substantiis mensuram quandam et multitudinem exprimentibus, ex neutris adiectivorum et pronominiis, ex adverbii.

1. Genetivus partitivus pendens ex comparativis et superlativis.

Prioris generis exemplum mihi nullum occurrit, posterioris non pauca. Scip. elog. C. J. n. 32 duonoro (=bonorum) optimo fuisse viroro. Naev. Bell. Pm. III 38 fortissimos virorum. Naev. Com. 27, 118 pessimorum pessume. Plura exempla conferre supersedeo. Sed priusquam ad alteram partem transeo, hoc unum commemorabo, genetivos cum nominibus positivis coniunctos ut *δῖα γέραιον δαιμόνες ἀρδητῶν*, qui poetis Graecis et scriptoribus Latinis posterioris aetatis valde sunt familiares, a priscis scriptoribus fere prorsus alienos esse. Nam praeter duos illos locos Ennianos, qui vulgo afferuntur, Ann. I 22 dia dearum et I 65 sancta dearum nullum extat exemplum.

2. Genetivus partitivus pendens ex numeralibus et adiectivis numeralibus.

Exceptis numeralibus *unus* et *mille*, *milia* nullum numerum apud priscos scriptores cum genetivo coniunctum inveni. Atque *unus* quidem occurrit: Trin. 1023 quorum unus. Truc. I 2, 8 oenus eorum aliquis. Enn. Trag. 22, 56 Furiarum una. Hecy. 371 una illarum 861 unus omnium. — *Mille* apud priscos scriptores semper pro substantivo sequente genetivo usurpatum (Br. ad Trin. 425). Men. 177 mille passum. Lucil. XV 14. Cat. Orig. I (J.) 9, 7. — Trin. 425 m. drachumarum. Heaut. 601. — Trin. 954 m. nummum. 959. 966. 970. 1139. Merc. 491. Rud. 1327. 1406. Heaut 606 Nov. Com. 272, 115. Lucil. IX 65. African. min. Orat. Mey. p. 184 (ter.). Stich. 587 m. medium. — Mil. 1079 m. annorum. — Mil. 1064 m. modium. — Lucil. IX. 21 m. hominum. Claud. Quadrig. Ann. III Hist. Pet. p. 222, 4. — Lucil. XVIII 2 viii mille cadum. — XXVIII 26 m. plagarum. — Restat unum exemplum Bacch. 928 Quom Priami patriam — mille numero navium subegerunt, quod cum mille navium gen. quantit. sit ex subst. numero pendens, nec Draeger I^o § 57 recte landat ad eam quam diximus constructionem probandum, nec Holtze I p. 413, qui hoc loco mille pro adiectivo esse. usurpatum contendit. Bacch. 230 et 272 Seyffert Stud. Plaut. p. 7 scribit vestigia librorum sequens insolito dicendi genere: *Mille* et *ducentos* Philippum pro vulgata lectione Philippos, similiter ac Varro apud Gell. I 16, 13 mille et centum annorum. Ad plurale *milia*, quod fere semper cum genetivo construitur (Trin. 152. Poen. II 26 sq. Enn. Ann. 51, 336 etc.) semel vox quae pendet in eodem easu appositive adiungitur: Pompon. Com. 242, 115 milia decem victoriata. cf. de hac constr. Neue II p. 158 sq. Jam devenio ad adiectiva numeralia, quorum cum genetivo coniuncta inveniuntur haec: Nemo Liv. Andr. Trag. I, 8 n. vostrum. Amph. prol. 146. n. horunc familiarium. Aul. IV 9, 9 n. horum. Capt. 828 n. hominum (coniect.) — Cas. II. 3, 28. Mil. 761. Poen.

III 1, 37 nemo nostrorum = nostrum.*) 5, 21. IV 2, 39. Stich. 674. Trin. 542 sq. Andr. 963. Eun. 757. Heaut. 574. Hecy. 67. Lucil. I 9. — Nullus Amph. 509. Poen. III 2, 7. Rud. 281. Hecy. 240. — Ullus Most. 712 deorum ullum pro quemquam. Pompon. Com. 225, 3 nec mortalium ullum pro quicquam. — Alter Amph. 483. 1139. Cas. II 8, 9. Epid. 240. (II 2, 56) Mil. 62. Poen. prol. 61. 96. V 2, 135. Cat. orat. XXVI (J.) 52, 12. — Neuter Stich 141. — Uter Aul. II 4, 42. Cas. II 3, 56. 4, 13. Men. 1085. Amph. Fragm. 9. Heaut. 326. Pacuv. Trag. 84, 62. — Uterque Asin. 688. Truc. V 69. — Ut ervis Hecy. 525. — Solus Amph. 1083. Phorm. 587.

3. Genetivus partitivus pendens ex pronominibus masc. et femin. generis. Aliquis, Quis Sen. Cons. de Bacch. C. J. n. 196, 4 ne quis eorum. Asin. 742 sq. ne quis — familiarium. — Capt. 511. Men. prol. 23. 51. 609. 611. Mil. 262. 431 sq. ne clam quispiam Nos vicinorum imprudentis aliquis immutaverit. (De hac ratione dicendi, quae in sermone vulgari saepius occurrit v. Brix Nov. annal. 1870 p. 779. Lor. ad Most. 736. ad Pseud. 786). — Most. 130. Trin. prol. 4. Vidul. fragm. II 1. (Stud.) Heaut. prol. 1. Titin. Com. 141, 51. Cat. orat. XVII (J.) 47, 17. LII 63, 1. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 10 nequem eorum. 16, 71, 76. Lex agr. C. J. n. 200, 10. 30. — Quis? Capt. 540. 863. Men. 812. Mil. 174. 1047. Rud. 384. Andr. 453. Caec. Stat. Com. 61, 153. — Qui (relat.) Cat. Orig. V. (J.) 24, 4 qui vestrorum. Cat. r. r. c. 6, 1 quam earum. c. 144, 2 qui eorum. c. 145, 3. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 7 quoius eorum ita nomen — delatum erit, qui eorum — condemnatus erit. e. l. 8, 9. 27. 45. Lex agr. C. J. n. 200, 75. Sent. Minuc. C. J. n. 199, 29. 30. 31. Lex Anton. de Term. C. J. n. 204. I 1. Lex Cornel. de sic. et benef. Bruns p. 82. Lex agr. C. J. n. 200, 21 qui civis Romanus sociumve nominis Latini. De hac apud Livium satis frequenti constructione cf. Draeger I^o § 199, 7 qui contendit, ex nullo alio scriptore eius modi exempla adhuc allata esse. — Quisquam Sen. Cons. de Bacch. C. J. n. 196, 7 sq. neve nominis Latini neve socium quisquam. e. l. 11 neve — quisquam eorum. Amph. 186. 1071. 1099. Asin. 769. Aul. II 2, 2. Capt. 700 nec quisquamst hominum (coniect.). — 809. Men. 994. Most. 307. Pers. 55. 489. Poen. III 1, 24. Pseud. 134. 186. Andr. 178. Eun. 374. 678. Hecy. 67. Adel. 27. Acc. Trag. 173, 285. Cat. Orig. V (J.) 25, 8. — Quispiam Mil. 431. Pseud. 219. Phorm. 887. — Quisque, Unusquisque Asin. 153. Cure. 295. Truc. II 1, 39. Hecy. 216. Lucil. XIX 7. XXVI 13. Cat. Orig. V (J.) 23, 14. Tab. Bant. C. J. n. 197, 14 queque eorum sciet e. l. 16 quiske eorum. Sent. Minuc. C. J. n. 199, 39. — Quivis Amph. prol. 27. Andr. 904.

4. Genetivus quantitatis pendens ex substantiis. Modius. Cas. III 2, 8 salis. Mil. 1064 auri. Stich. 253 tritici. Cat. r. r. c. 15, 2 calcis, arenae. c. 54, 1. 3. c. 56. 58. 60. 121 saepius. — Medimus Stich. 587 argenti (A.). — Amphora Mil. 824 nardini. — Cadus Amph. 429 vini. Asin. 624. Aul. III 6, 35. Poen. I 2, 47. Stich. 425. Lucil.

*) De formis nostrorum, nostrarum pro nostrum et vestrorum, vostrarum pro vostrum cf. Lor. ad Most. 270. ad Pseud. 4. 563. Kühner I § 128 p. 381, 8. Praeter exempla, quae ibi congesta sunt, mibi adnotavi Amph. Fragm. 9 nostrorum uter. Cat. Orig. V (J.) 24, 4 equis est tandem, qui vestrorum aequum censeat. Semel legitur vostrum pro pron. poss. vestrorum: Mil 174 quis vostrum familiarium. — Vestrum pro vestri apud G. Gracchum Orat. Mey. p. 248 misereri vestrum, et apud Claud. Quadrig. Ann. II Hist. Pet. 234, 4 ecquando te nostrum et rei publicae miserebitur?

XVIII 2. — Aula Amph. Fragm. 1 cineris. Aul. IV 10, 33 auri. — Dolium Cist. II 2, 7 vini. — Poculum True. I 1, 22 amoris meri. — Vas Eos. Ann. inc. fr. 526 vini. — Cyathus Poen. I 2, 32 nebulae. Lucil. XXVIII 40 vini. Cat. r. r. c. 109. c. 158, 2. — c. 157, 12 aquae. — Quadrantal Lex Silia de ponder. Bruns p. 40 vini. Cat. orat. XLVII (J.) 61. 3. Cat. r. r. c. 57, 2. c. 104, 1. c. 106, 1 saepius. — Hemia Cat. r. r. c. 71 vini. c. 102. 127, 2. — Tertiarius Cat. r. r. c. 95, 1 bituminis. — Quartarius e. l. sulfuris. — Sestarius Cat. r. r. c. 108, 1 vini. c. 127, 2. — c. 158, 1 aquae. c. 158, 2 iuris. — Congius Lex Silia de ponder. Bruns p. 40 vini. Cat. r. r. c. 122. c. 123. — Culigna Cat. r. r. c. 132, 1 vini. — Urna Cas. prol. 76 mulsi. Cat. r. r. c. 150, 1 lactis. — Culeus, Culeum Cat. Orig. II (J.) 10, 22 vini. r. r. c. 24. — Hirnea Amph. 430 vini meri. 432. — Concha Cat. r. r. c. 156, 4 farinae minutae. — Gutta Cas. II 3, 31 vini. Most 508 sanguinis. Pseud. 397 certi consili, quam lectionem probat Loewe, Anal. Plaut. p. 167 hodierno Italorum sermone. — Talentum Asin. 193 argenti. 500. Merc. 89. Most. 913. Rud. 1318. 1344. 1380. Truc. V 60. Turpil. Com. 89, 36. — Merc. 703 decem talenta dotis detuli. True. IV 3, 71 sex talenta dotis demam. Cist. II 3, 19 sq. talenta magna viginti det dotis. Andr. in alt. ex. 21 dotis sex talenta spondeo. Heaut. 838 haec talenta dōtis adposcunt duo — pro dos decem talentum etc. Similiter dictum est Trin. 1158 Spondeo et mille auri Philippūm dotis. Pers 394 dabuntur dotis tibi sescenti logi i. e. dos sescentorum logorum. Itaque non possum accedere ad sententiam E. Hoffmanni, qui contendit (Nov. annal. 1874 p. 556) dotis dare esse formulam eodem modo explicandam, quo lucri facere, compendi facere. Neque magis alios eius modi genetivos, quos l. l. attollit, mercedis — praemii — vectigalis — decumae — accessionis dare recte mihi interpretatus esse videtur, quippe qui ut dotis dare pendentes ex substant. quantit. talentum, medimus, sestertius in genetivorum quantitatis numero habendi sint. Pro HS V milia mercedis ac praemii dare (Cic. in Verrem III 61, 140) vulgo legitur (Baiter et Kayser): mercedis ac praemii nomine darē. cf. Poen. III 3, 57 trecentos nummos Philippos portat praesidi i. e. praesidium trecentorum nummorum, et Cas. II 3, 40 cui homini hodie peculi nummus non est plumbus i. e. peculium nummi plumbi. — Minia Asin. 89 argenti. 364. 396. 532. 579. 633. 651. 725. 752. 852. Epid. 54 (I 1, 52) 114 (I 2, 11) 366 (III 2, 30) 467 (III 4, 31). Mil. 1420. Most. 1021. Pers. 665. 683. Poen. II 21. V 5, 8, 7, 43. Pseud. 117. 618. 718. 732. 753. 1149. Trin. 1082. Truc. II 7, 26. IV 2, 26. V 8, 44. Vidul. fragm. II 28 (Stud.). — Libra Leg. XII tabb. rell. III p. 123 (Sch.) farris. Pseud. 816 lasarpici. Titin. Com. 138, 37 sq. farris. Cat. r. r. c. 75 farinae et saepius. — Sesquilibra Cat. r. r. c. 23, 2 salis. — Pondo Cat. r. r. c. 54, 1 foeni. c. 56 panis et saepius. — Uncia Men. 526 auri. Rud. 913 piscium. — Drachma Cat. r. r. c. 127, 2 thuris. — Granum Poen. II 3 thuris. Stich. 558 tritici. — Mica Cat. r. r. c. 70, 1 salis. — Corbula Caec. Stat. Com. 58, 140 panis solidi. — Pars Naev. Bell. Pun. III 35 exerciti. Asin. 518 orationis. Aul. III 5, 11 populi. — Cist. I 2, 1. Cure. 447. 548. Men. 135. Mil. 646. 1030. Most. 280. Pers. 839. Poen. V 5, 6. Rud. 980. Trin. 35. 1066. Truc. prol. 1. I 2, 13. Eun. Ann. 38, 241. Eun. 92. Heaut. prol. 8 sq. 42. Phorm. 637. Aquil. Com. 34, 9. Lucil. III 67. V 10. Cat. r. r. c. 14, 5. c. 18, 4. c. 23, 2. c. 24. c. 90. c. 114, 1. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 49 duae partes iudicium. Lex agr. C. J. n. 200, 38 maior pars re-

cuperatorum. Sent. Minuc. C. J. n. 199, 28 vini partem sextam. Lex pariet. fac. C. J. n. 577, 31 calcis restinctai partem quartam. — In appositione vox quae pendet adiungitur Capt. 232 maxima pars — homines. Most. 19 augebis ruri numerum, genus ferratile. Cat. r. r. c. 11, 1 summa homines XVI, boves II etc. — Multitudo Lucil. XXVI 84 tuorum. Gellius Ann. II 14 Hist. Pet. p. 168, 14 puerorum. — Volgus Andr. 583 servorum. Hecy. 600 mulierum. Cass. Hem. Ann. II Hist. Pet. p. 98, 11 pastorum. — Numerus Bacch. 928 mille navium. 930 militum. Epid. 213 (II 2, 29) meretricum. Poen. V 4, 7 clientarum. — Cat. Orig. V (J.) 24, 11 pecuum. Lex agr. C. J. n. 200, 26 pecudum. — Copia Asin. 75 argenti. 848. Bacch. 563. Cure. 330. Pers. 633. Poen. V 4, 5. Acc. Trag. 184, 371. Cat. r. r. c. 1, 3. — Modus Aul. prol. 13 agri. Lex agr. C. J. n. 200, 27. 65, 69, 91. Sent. Minuc. C. J. n. 199, 44 sq. ampliorem modum pratorum. — Vis Epid. 249. (II 2, 64) hominum. Poen. I 2, 1 negoti. Truc. II 6, 38 magni doloris (coniect.). Eun. Ann. 42, 280, 80, 546. Eun. Trag. 59, 305. (R.) Lucil. XXVIII 43. — Acervus Cat. r. r. c. 50 lignorum virgarumque. — Struix Naev. Trag. 14, 60 malorum. — Dynamis Pseud. 210 sq. olivi. — Thensaurus Amph. fragm. (Bursian, Jahresber. 1876 Abth. II. p. 51) stupri. Aul. prol. 7 auri. Asin. 655 copiarum. — Grex Aul. III 3, 4 venalium. Cist. IV 2, 67. — Pseud. 333. Heaut. 245. — Manipulus Eun. 776 furum. — Genus Most. 657 nullum genus est hominum taetius. Poen. IV 2, 9 quodvis genus ibi hominum videas. Pseud. 155 plagigerula genera hominum. Trin. 542 genus quod patientissimumst hominum. 1046 id genus hominum. — Capt. 161. Epid. 18 (I 1, 16). Andr. 629. Eun. 248. Lucil. IX 2. Cat. r. r. c. 46, 1. c. 48, 1 c. 133, 3. c. 157, 1. cf. supr. Gen. mater p. 5. — Natio Men. 258 hominum. Rud. 311. — Senatus Most. 688 consili. 1049 congerrorum. — Consilium Lucil. I 4 hominum. — Mesis Epid. 718 (V 2, 53) mali. Rud. 637. — Trin. 529 frumenti. — Examen Truc. II 2, 59 mali. — Seges Aul I 1, 6 stimulorum. — Ilias Mil. 743 odorum — Jugera Cat. r. r. 1, 7 agri. c. 3, 5 oleti. c. 10, 1. — Jugum Cat. r. r. c. 62 boverum, mulorum, asinorum. — Fasciculus Cat. r. r. c. 115, 2 veratri atri. — Summa Mil. 46 hominum. Epid. 105 (I 2, 2). Truc. I 1, 4. Phorm. 317. Acc. Trag. 155, 150. 177, 311. 282, 12. Lucil. XXIX 78. Cat. r. r. c. 10, 1. c. 21, 5. c. 57, 2. — Reliquiae Cure. 388 reliquiarum. Rud. 199 bonorum. Most. 82. Adel. 444. — Dimidium Amph. 1125 boni. Aul. II 4, 12 obsoni. — Bacch. 1185, 1189. Pseud. 454. Adel. 370. Afran. Com. 184, 156. Lucil. XX. 13 sq. Cat. r. r. c. 24. c. 36. — Triduum Bacch. 461 aetatis. — Hilum Eun. Ann. 5, 14 neque dispendi facit hilum = quicquam. Truc. IV 2, 52 Nec mihi adest, ad hilum pensi — (Sp.). Nec mihi est id hilum pensi (Machly). cf. Bursian Jahresber. 1873 Abth. II p. 387.

5. Genetivus quantitatis pendens ex neutrīs adiectivōrum.

Neutra adiectivorum et pronomium nisi casu nominativo aut accusativo singularis apud priscos scriptores cum genetivo fere non coniunguntur. Nam quod in libris legitur Pseud. 1192 quantillo argenti, iam emendatum est in quantillo argento a Seyfferto Stud. Plaut. p. 22 sq.; pluralis autem adiectivi generis neutrīs cum genetivo coniuncti unum tantum exemplum extat apud Ennium Ann. p. 15, 92 in infera noctis. — Tantum Asin. 310 boni. Aul. II 7, 8 rapacidarum. IV 9, 11, 13, 10, 56. Bacch. 1032. Capt. 776 sq. 869. Men. 435, 902. Most. 211. Poen. III 3, 5. IV 2, 96. Pseud. 936. Heaut. 75, 750, 956. Phorm. 955. Ad. 192. Caec. Stat. 66, 180. Ex inc. Com.

127, 85. Afran. Com. 171, 46. Cat. orat. I (J.) 33, 9 sq. Cat. r. r. c. 156, 3. 4. — Tantulum Pers. 415 argenti. — Tantillum Stich. 620 loci. Trin. 60 verborum. — Tantundem Phorm. 929 dotis. Cat. r. r. c. 118. Lex Cornel. de XX quaestor C. J. n. 202, 33 mercedis. — Quantum Bacch. 352 auri. — Curc. 372. Men. 911. Merc. 476. Mil. 493. 1061. Poen. I 2, 15. Heaut. 72. 1013. Phorm. 482. 557. 722 sq. Lucil. XXVI 92. XXVII 28. (coniect.) Cat. r. r. c. 114. 1. c. 132, 1. Lex agr. C. J. n. 200, 76 agri. Non raro quantum, quantumst cum genet. quantitatis idem significant, quod quidquid c. genet. sive quotquot sunt. Exempla huius constructionis v. Lor. ad Pseud. 164. Adde: Mil. 278 quantumst familiarium. Heaut. 592 quantum opis di dant. Mil. 253 quantum vis prolationumst. — Quantillum Bacch. 705 auri. Capt. 193 argenti. — Aliquantum Cas. II 3, 33 orationis. Mil. 641 amoris. Most. 354 argenti. — Multum Pseud. 1158 legitur in libris die (= diei) multum, ubi scribendum esse verisimile est diem multum (cf. Lor. ad h. l.). Rud. 144 multumst pericli ex coniect. Seyfferti Philol. XXIX p. 405. Cat. ad Marc. fil. (J.) 78, 5 somni. Cat. r. r. c. 158, 1 herbae mercurialis. — Plus Amph. 636 incommodi malique, 641. Aul. III 2, 34 mercedis (coniect.) 5, 31. Bacch. 679. Capt. prol. 45. Cas. II 3, 2, 6, 4. Epid. 336 (III 1, 15). 675 (V 2, 10). Men. 475. Mil. 236. 637. 1044. Pers. 315. Poen. I 2, 3. Rud. 453. 504. Truc. I 1, 45 sq. 50. Naev. Com. 26, 115. Eun. Trag. 39, 183 (R.). Andr. 547. 720. Heaut. 659. Hecy. 879. Afran. Com. 197, 258. Pompon. Com. 243, 123. Laber. Com. 289. 63. Cat. carm. de mor. (J.) 83, 8. Cat. r. r. c. 4. 64, 2. 96, 2. 106, 2. — Amplius Cist. V 4 liberorum. — Plurimum Cat. r. r. c. 58 oleae caducae. — Nimum Merc. 739 negoti. Poen. I 2, 30 negoti (codd. negotium) — Stich. 375. 379. Eun. Trag. p. 67, 354 (R.) — Minus Merc. 717 mali. — Mil. 1436. Stich. 162. 537. Truc. I 1, 43 sq. Vidul. fragm. I 33 (Stud.). Eun. 760 1053. Heaut. 147. Phorm. 271. Cat. r. r. c. 64, 2. Aem. Scaur. de vita sua Hist. Pet. p. 185, 6 vectigalium. — Minimum Cat. r. r. c. 58 olei. c. 135, 3 salis. — Paulum Pers. 125 praesidi. + Poen. I 2, 102. III 6, 7 sq. Mil. 853. Andr. 903. Heaut. 498. 747. Hecy. 506. Adel. 949. Cat. r. r. c. 92. — Paululum Andr. 360 obsoni. — Eun. 281. Afran. Com. 184, 160. Cat. r. r. c. 40, 2. c. 156, 5. 7. 157, 9. — Pauxillum Naev. Com. 14, 49 animae. — Phorm. 37 sq. Lucil. III 44. — Aliud Hecy. 270 yiti. — Concubium Trin. 886 noctis. — Nihil Aul I 2, 5 quaesti.* — II 2, 61. 5, 22. 6, 6. 7, 7. Bacch. 315. 1012. Capt. 741. 1028. Cas. II 2, 26. Cist. I 1, 53. Curc. 418. 495. Men. prol. 59. 458. Mil. 407. 1153. Most. 851. 1107. Pers. 161. 270. 536. 690. Poen. III 2, 10 Pall. nihil est litium, A. quicum litigent. — Pseud. 426. Rud. prol. 25. 941. 1128. Trin. prol. 14. 333. 973. 1108 et saepissime.

6. Genetivus quantitatis pendens ex neutrīs pronominūm.

Pronomina interrogativa. Quid? Usitatissima formula quid negotiſt? de qua quamquam Becker (Studemund, Studia in prisc. script. collata I p. 178 sqq.) copiosius disseruit, tamen quaedam accuratius constituere posse mihi videor, interrogatur, num quid acciderit: was ist

*) Hac terminacione (i) prisci scriptores constanter usi sunt in substant. quartae declinationis, ut quaesti, tumulti, vieti, senati, sumpti, gemiti (Plaut.) strepiti, tumulti (Eun.) etc. Ritschl prooemium de titulo Aletrinatium 1853 p. VIII. Itaque Pseud. 1197 nihil est hodie hic sycophantis quaestus, negotio nihil cum voc. hodie coniungenda est, substantivumque quaestus pro nominativo habendum. (cf. Lor. ad h. l.)

denn los? was ist passiert? (= quid est?); cum pronom. demonst. hoc, istuc, illuc, quid sit id quod accedit: was soll denn das bedeuten? Ac iam per se ipsum manifestum est, hanc alteram formulam usurpari necesse esse, ubi enunciato secundario explicatio quaedam additur. Eiusmodi exempla haec habemus: Amph. 502 Q. istuc est, mi vir, negoti, quod tu tam subito domo Abeas. Asin. 407 Q. hoc est negoti, neminem meum dictum magni facere? Bacch. 415 Q. hoc negotist, Pistoclerum Lydus quod erum tam ciet? ubi non licet pron. hoc delere, id quod suaserunt Ritschl in app. crit Bacch. et Fleckeisen in praef. Ritschelii ad Bacch. p. XIII. Cist. V 1 Q. hoc negotist, qnod omnes homines fabulantur per vias. Men. 762 quidnam hoc sit negoti, quod filia sic Repente expetit med. Rud. 559 Q. illuc opsecro negotist, quod duae mulierculae — ? 638, ut mi istuc dicas negoti quid sit quor tumultus. Ter. Hecy. 97 Sed q. hoc negotist, modo quod narravit mihi — ? His exemplis omissis vix legem certam de usu illarum formularum invenias, nisi credas, paucis illis locis, ubi altera interrogatio praecedat, simplicem formulam quid negotist? usurpandam esse, ut Merc. 120 Quid illuc est, quod ille tam expedite exquirit cursuram sibi? Curaest, negoti q. sit, et Mil. 421 Quid tibi istic in istisce aedibus debetur? aut q. negotist? Itaque tertio quoque loco Mil. 277 cum Palatinis legendum esse videtur: Quid iam? aut q. negotist? A. quid hic negotist? Fleckeis. (Nov. annal. 1870, p. 77) quid hoc negotist? At si a) altera interrogatio sequitur, si b) formula illa sola legitur, si c) ipsa pendet ex verbis sentiendi et declarandi, utrumque genus interrogationis occurrit. — a) Cum pronom. demonstr. Bacch. 1121 Q. hoc est negoti nam, amabo? Quis has ovis adegit? Capt. 660 Q. hoc est negoti? Quid ego deliqui? Cist. IV 2, 79 Q. istuc negotist? aut quis es? Men. 522 Q. hoc est negoti? Satin, ut quemque conspicor, Ita me ludificavit? 997 Q. hoc est negoti? Quid illic homines ad me currunt? — Sine pronom. demonstr. Capt. 669 Sed q. negotist? Quamobrem suscenses mihi? — b) Cum pronom. demonstr. Asin. 308 Q. istuc negotist? ubi Fleckeisen non recte insertit tibi, cum segreganda sit ab his formulis illa, de qua paullo infra disseram: quid tibi negotist? cui nunquam pron. demonstr. additur. Recte igitur legit Becker I. I. Q. istuc est negoti? (Eadem verborum collocatio initio troch. septen. invenitur Amph. 502. Epid. 715 (V 2, 50). Men. 614. Merc. 128. Mil. 1346. Rud. 627). — Epid. 715 (V 2, 50) Q. illuc, Epidice, est negoti? Men. 614 Q. illuc est, uxor, negoti? tum in sequenti versu pron. dem. omissa: q. negotist? Merc. 825 Q. istuc negotist? 967 q. negotist nam quaequo istuc? Mil. 1346 Q. istuc est negoti? Rud. 627 Q. istuc est negoti? Phorm. 816 Q. istuc negotist? Adel. 707 Q. hoc est negoti? — Sine pron. demonstr. Amph. 580 Vah, apage te a me : : Q. est negoti? Haec interrogatio simplex: was ist denn los? si usquam post exclamationem suo loco usurpat; itaque non possum probare conjecturam Beckeri, qui pron. istuc inserit. cf. Aul. II. 4, 17 Vah! : : Q. negotist? Men. 432 Eho, Messenio, accede hue : : Q. negotist? Pseud. 130 tace, obsecro, hercle : : Q. negotist? Cas. IV 4, 26 Vah! : : Q. est negoti? ubi lectio cod. A., quid id negotist? minus placet et ea causa, quam modo attuli, et quod in hac formula pron. id pro hoc, istuc nusquam invenitur. (Merc. 136 loquere id negoti, quid siet, conjecturae Ritschelii debetur, libri: loquere id negoti quidquid est.). — Cist. II 3, 53 sq. Men mulier vocas? : : Te : : Q. negotist? Carc. 601 Teneo : : Q. negotist? Men. 615. 1063. Mil. 173. 317. Rud. 641. 951. 1058. — Epid. 712 sq. (V 2, 47 sq.) ego faxo scies Hoc ita esse : : Q. est negoti? Merc. 134. Most. 459. 742. Poen. V 2, 129. Rud. 641. 1228. Trin. 908. Vidul.

fragm. I 3. (Stud.). — c.) **Cum pron. demonstr.** Amph. 825 Nescio q. istuc negoti dicam. Capt. 697 sq. Nunc scio q. hoc sit negoti. (Fleckeis. Ep. cr. XXII cum libris: quid sit hoc negoti). Cas. III 5, 15 Timeo hoc negoti q. siet. Men. 384 Nimis miror q. hoc sit negoti. Merc. 128 Q. illuc sit negoti lubet scire. Hunc usitatum ordinem verborum (cf. *supr.* p. 15 ad Asin. 308) turbat Ritschl: Quid illuc negoti sit. — Merc. 136 Loquere id negoti q. siet, ex coniect. Ritschelii. Poen. V 4, 80 Misera timeo q. hoc sit negoti, mea soror. Trin. 88 Sed istuc negoti cupio scire q. siet. — **Sine pronom. demonstr.** Cas. III 5, 26 Possum scire ego istuc ex te, q. negotist? Becker l. l. voc. negoti expulso legit: quid sit. Epid. 100. (I 1, 90 sq.) Sed ego cesso ire obviam Adulescenti, ut q. negoti sit sciām. Merc. 789 Nescis negoti q. sit, uxor. Poen. III 2, 13. Sed isti iam sciunt negoti q. sit. Truc. IV 3, 11 Etiam nunc q. sit negoti incertus sum. — Secernenda est ab his, quae hucusque attuli, exemplis eadem formula cum dativo personae coniuncta: q. tibi negotist? was hast du zu schaffen? Amph. 350 Q. apud hasce aedis [nunc] tibi negotist? cf. Men. 369 sq. Q. mecum tibi — nunc est negoti? — Aul. III 2, 13 q. tibi — erat negoti? Cas. I 9. III 5, 38. Mil. 441. Most. 945 Sed quid vobis est negoti hic? quem eruit Geppert ex cod. A (Cod. Ambros. p. 35) omisit Becker. — Poen. V 5, 27. Trin. 1001. Truc. II 2, 26. Andr. 849. Adel. 638. 642. — Mil. 425 Quis tu homo's? aut mecum quid negotist?*) sic Ritschl Praef. ad Stich. XVII et Lorenz, ut exeunte versu 421; at Brix cum libris quid est negoti? — C. Titii orat. pro lege Fannia Orat. Mey. p. 205 quid mihi negotii est cum istis nugacibus? — Transeamus iam ad alias formulas. **Quid istuc est verbi?** was willst du damit sagen? Cist. II 3, 61. Curc. 31. Epid. 350. (III 2, 14). Pseud. 608 (cf. Lor. ad h. I). Phorm. 343. Liv. Audron. Odyss. fragm. III quid verbi ex tuo ore fugit? frag. IV quid verbi audivi? — **Quid reist?** Epid. 203 (II 2, 19) Merc. 964. Men. 764. Pseud. 1120. Heaut. 743, 830. Hecy. 810. — **Quid hoc reist?** Adel. 175. Andr. 457. — **Quid istuc est rei?** Eun. 652. — **Quid rei tibist?** Phorm. 748. Hecy. 807. Adel. 644. — **Quid tibi mecumst rei?** Men. 323, 494. Eun. 804. Adel. 177. — **Aul. IV 10, 72** Ibo intro, ut quid huius rei sit sciām, ex coniect. Wagneri, codd. veri. In alt. edit. quid huius verum sit. (Br. ad Mil. 1153. Bursian Jahresber. 1877, 78. tom. XIV p. 53.) — **Quid hoc est hominis?** Amph. 576, 769. (Ussing: quid hoc fit homini?) Eun. 546 quid hoc hominis? 833. Heaut. 848. Poen. prol. 92. IV 2, 34. — **Quid mulieris uxorem habes?** Hecy. 643 sq. Caec. Stat. Com. 81, 289. — **Quid illuc est hominum?** Rud. 148 sq. — **Aul. II 9, 7** sed q. hoc clamoris oritur? Cas. III 4, 29 q. istuc clamoris est? Rud. 613 sq. sed q. hoc (hic?) clamoris oritur? Trin. 1093 q. hoc hic clamoris audio? Eun. Trag. 34, 143 (R) q. hoc hic clamoris, q. tumulti est? Caec. Stat. Com. 74, 245 q. hoc clamoris? Pompon. Com. 243, 121 q. hoc est tumulti? Poen. I 1, 79 q. istuc tumultist? Cas. III 5, 22. Turp. Com. 104, 154. Afran. e. I. 214, 393. Hecy. 356. Asin. 37 q. istuc sit loci Most. 478 q. istuc est sceleris? codd. scelest. cf. Becker, Studia in prīce script. p. 135 Eun. 326 q. hoc est sceleris? — **Quid istuc** (illud,

*) Cum eodem ictu haec formula invenitur: Aul. II 4, 17. Cist. II 3, 54. Capt. 669. Curc. 601. Merc. 967. Men. 615, 1063. Mil. 173, 277, 317, 424. Pseud. 130. Rud. 641, 1058. — **Quid est negoti?** multo rarius: Epid. 713 (V 2, 48). Most. 459, 742. Trin. 908. Vidul. Frag. I 3 (Stud.). — **Quid est negoti?** Amph. 580. Merc. 134. Poen. V 2, 129. Rud. 1228.

hoc) est mali? Merc. 165. Andr. 843 Eun. 547. 1029. Heaut. 82. Phorm. 184. — Quid hoc (illuc) bonist? Rud. 415. Truc. II 6, 67, nisi utroque loco suadentibus Spengelio Fleckeiseno Kiesslingio novist scribendum est, ut Asin. 50 q. istuc novist? At Pseud. 1067 q. est igitur boni? formula sensu proprio usurpata est, quoniam in v. 1065 Ballio Simonem appellaverat fortunatum. (cf. Lor. ad h. I.). Similiter Merc. 471 cur non morior? q. mist in vita boni? Most. 370 Q. mihi sit boni, si mentiar? Pers. 514 nescis, q. te instet boni. — Poen. III 2, 33 Q. id est flagiti? V 4, 68 q. id furtist? 5, 18 q. hoc est conduplicationis? Stich. 703 q. istuc est provinciae? Truc. V 5 Quid [id] Astaphium litiumst? (Sp.) Caec. Stat. Com. 44, 55 Q. illud et pulchritatis? Andr. 963 q. illuc gaudist? Eun. 225 q. hoc morbit? Hecy. 323 q. morbit? 357. — Asin. 55 sq. Sed eum morbus invasit gravis: : Q. morbit? Brix (Nov. annal 1870, p. 762) omittit verbum esse ut in voce repetita, secutus Ritschl. ad Merc. 672 sq. tantum hoc onerist quod fero: : Q. onerist? qui et ipse est librorum delet. At equidem mihi hos locos conferenti cum Trin. 763 Sed vide consilium, si placet: : Quid consilist? quod intactum reliquit Ritschelius, persuadere non potui, illas emendationes esse necessarias. Immo vero et his tribus locis scripturam librorum tuerar et uno loco qui restat Cure. 663 sq. ego dotem dabo: : Quid do i st scribam pro d o t i s. — Eun. 237 q. istuc ornatist? 546. — Phorm. 990 q. istuc turbaest? Hecy. 588 q. istuc consilist? Adel. 544 q. hoc malum infelicitatis? Merc. 290 Q. tibi ego actatis videor? pro gen. qualitatis, cf. Pers. 276 Scio ego, q. sim aetatis, et Phorm. 443 sq. ut saltem sciam — quidve sit sententiae. — Q. rerum geram? pleonasmus sermonis cotidiani (Lor. ad Pseud. 1046). Aul. I 1, 15. 2, 39. Men. 789. Mil. 397. Pers. 513. Rud. 897. 1068. Plauti fragm. inc. Gron. p. 1138, 27. Eun. 923. — Q. rerum hic agitem. Capt. 376. — Q. rerum egerit. Pseud. 1063. — Q. negoti geram. Men. 115. — Most. 531 Q. ego negoti confeci. Pers. 714 Seit q. negoti gesserit. — Alia exempla genetivorum ex pronomine quid pendentium, quae sunt permulta, afflire supersedeo. —

Pronomina indefinita. Aliquid Aul. IV 6, 5. Capt. 585. Cas. III 2, 31. Epid. 62. (I 1, 60). 256 (II 2, 71). Men. 209. 921. Merc. 660. 772. Most. 253. Pers. 470. Rud. 571. 574. Stich. 711. Truc. II 4, 71. Andr. 250. 398. Eun. 999. Heaut. 339. 646. 763 1003. Phorm. 770. 874 sq. Hecy. 333. Adel. 187. 518. 856. Titin. Com. 156, 165. Afran. e. I. 212, 373. Cat. r. r. c. 33, 4. c. 155, 2. — Quid App. Claud. in sent. (ap. Festum, O. Müller p. 317) ne quid fraudis stuprique pariat. Leg. XII tabb. rell. Tab. II 2 (Sch.) p. 120 — quid horum fuit vitium iudici. Amph. 636. Asin. 719. 785 sq. ne quid sui Membri commoveat qui cqua m (cf. Lor. ad Pseud. 786.) Aul. I 2, 14. II 2, 56. 80, 4, 24, 9, 9. Bacch. 409. Cas. III 5, 6. Cist. IV 2, 1. Epid. 82 (I 1, 76). 526 (IV 1, 1). Men. 846. 1030. 1144. Merc. 145. 177. 773 sq. 784. Mil. 478. Pers. 674 sq. Poen. III 3, 27. 5, 47. V 5, 48. 7, 34. Pseud. 61. 267. Rud. 304. 487. 683. 1120 sq. 1285. Trin. 53. 1181. Andr. 73. 159. Eun. 630. Heaut. 82. 236. 269. 355. 551. 625. Phorm. 245. 469. 553. 713. Hecy. 338. 418. 851. Adel. 443. Pompon. Com 247, 145. Ex inc. Com. 275, 6. Lucil. VI 10. Cat. Orig. V (J.) 22, 3. orat. LXVIII (J.) 68, 5 sq. Cat. r. r. c. 67, 2. c. 107, 1. c. 144, 3. c. 145, 3. c. 146, 2. c. 149, 2. c. 156, 4. c. 157, 6. — Num quid Cas. III 6, 20. Most. 999. Pseud. 533. Trin. 1188. Eun. 994 sq. Hecy. 865. Caec. Stat. Com. 39, 20 sq. — Ec quid Asin. 648. Pers. 107. 310. Poen. I 2, 46.

172. Pseud. 739. Rud. 950. 1030. Stich. 338. Eun. Ann. X 336. Andr. prol. 25. Phorm. 474. — Quicquam Amph. 157. 248. 672. (del. Fleck.) 972. Asia. 30. 854. Aut. IV 4, 18. 27. Bacch. 1036. Capt. 795. Cas. prol. 82. V 2, 32. Cerc. 64 sq. Merc. 399 horunc nihilum quicquam facere poterit (De hac ratione dicendi v. sub aliquis p. 11) cf. Merc. 507. 666. 738. Phorm. 80. 250. Hecy. 400. Caec. Stat. Com. 65. 173. Turp. e. I. 110. 209. — Merc. 417. Most. 302. 418. 925. 1071. Pers. 86. Poen. prol. 99. III 5, 21. Pseud. 1109. Rud. 301. 1419. Truc. V 23. Eun. Trag. 23, 69 (R.). Andr. 196 sq. 458. Eun. 200. 749. 800. Heaut. 55. Phorm. 490. Hecy. 706. Adel. 178. Pomp. Com. 225, 3. mortalium ullum = quicquam. — Quicque Stich. 62 supellestilis. Asin. 945 ubi quicque (coniect.) occasionis. — Quidvis Andr. 897 oneris. Phorm. 561. Heaut. 876 harum rerum. Cat. r. r. c. 17, 1. 2 anni. — Quicquid Pseud. 169 piscium (= omnes pisces cf. Lor. ad h. I.). Lucil. VI 23 nummorum. c. gen. sing. attulit Lorenz unum exemplum Rud. 1009 quicquid umoris. Brix (Nov. annal. 1877 p. 330) addidit Most. 801 Iucri quicquid est. Eun. 202. 1070 quicquid huius. Accedunt: Eun. 980 et Heaut. 961 quicquid huius. Pseud. 759 quicquid incerti aut ambiguom, neglegenter ut in sermone quotidiano pro ambigui. Cat. r. r. c. 24, 2 vini. c. 57, 2 operis. cf. supra quantum s.t p. 14.

Pronomina demonstrativa. Hoc Bacch. 343 aetatis. 1090. Trin. 787. Asia. 71 id aetatis. Mil. 618 istuc aetatis. Heaut. 110. Mil. 657 illuc aetatis. — Amph. 154 hoc noctis. 163. 292. 310. Cerc. 1. cf. Merc. 290 quid aetatis. Pers. 276. — Amph. 463. Asia. 128. Bacch. 422. Men. 1018. Merc. 672. Mil. 956. Most. 879. Rud. 496. Trin. 580. Eun. 544. 628. 971. Heaut. 229. Hecy. 236. Adel. 610. 786. 870. Cat. r. r. c. 38, 4. Sempr. Asell. rer. gest. I Hist. Pet. p. 178, 8 omnium rerum hoc interfuit. — Id Amph. 646. Asin. 71. Bacch. 1098. Andr. prol. 2. 521. Phorm. 409 sq. Adel. 357. Cas. I 32 post id locorum. Poen. I 1, 16. Truc. III, 1, 16. Cat. r. r. c. 88, 2. — Phorm. 979 in id redactus sum loci. Cui locutioni prorsus cognatum est interea loci Men. 446. Pseud. 266. Truc. I 1, 11. Eun. 126. 255. Heaut. 257. Pacuv. Trag. 86, 76; post id loci Cist. Cat. 3. Stich. 758; adhuc locorum Capt. 385. (Ritschl Op. II p. 271. Lor. ad Pseud. 255) — Istuc Asia. 32. Mil. 618. Andr. 953. Heaut. 110. Turp. Com. 107, 176. — Illuc Mil. 657 aetatis. —

Pronomen relativum. Quod. Genetivi partitivi ex relativis pendentes exempla cum Draeger I² §. 199, 7 doceat ex Livio tantum afferri, Tücking ad Liv. V c. 25, 7 in universum contendit, hanc constructionem apud unum Livium inveniri. Quod quam falsum sit, ex magna exemplorum, quae iam supra attuli p. 11 et quae sequuntur copia appetat. Amph. prol. 47 quod boni. cf. Bacch. 1188. Epid. 651 (V 1, 44). Poen. V 4, 83. Rud. 1229. Trin. 1067. Andr. 968. Heaut. 343. Phorm. 516. 698. Hecy. 873. Pacuv. Trag. 95, 154. — Asia. 443 operis. Bacch. 554 mali. cf. Poen. III 5, 48. Andr. 967. Phorm. 698. — Cas. IV 1, 14 huius quod futurumst. Merc. 991 q. supplici. Mil. 1156 q. fallaciarum. Most. 1016 sq. quod — filius Negoti gessit : : Mecum ut ille hic gesserit negoti —? quidnam ? vox negoti summa admiratione in eodem casu repetita, ut Caec. Stat. Com. 56, 130 satine huic ordini — quaesti? : : quaesti? — Alifer res se habet Poen. III 3, 27 sq. Si quid boni ad portatis, habeo gratiam : : Boni de nostro tibi nec ferimus nec damus, ubi aut bonum legendum est (Bursian Jahresber. 1873 Abth. II p. 425) aut nil inserendum, (Müller

Prosod. Plaut. p. 158). — Poen. I 2, 8 q. diei. Pseud. 440 q. damni et q. fecisti flagiti. Rud. 1287 q. reliquiarum. Trin. 250 sumpti. 803 auri. Truc. II 4, 32 novi negoti. Heaut. 73 quod opera. 771 fallaciae. 1048 dotis. Acc. Trag. 200, 491 sociūm. Caec. Stat. Com. 74, 242 aetatis. Cat. r. r. c. 18, 4 loci. c. 144, 5 oleae salsa. c. 156, 6 cibi. c. 158, 2 eorum. Lex par. fac. C. J. n. 577, 40. — Lex Anton. de Term. C. J. n. 204, I 16 sq. quod earum rerum. e. I. 31. — Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 67 quod eius. Lex agr. C. J. n. 200, 5 (ter). 65, 67, 80. Lex Anton. de Term. C. J. n. 204, I 32. II 26. — Lex agr. C. J. n. 200, 6 quod agri, loci, aedificie. 16 quod eius agri (bis). 24, 33, 45, 49, 52, 64, 75. Sent. Minuc. C. J. n. 199, 13 agri publici quod — possident. 27 quod — frumenti. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 32 quod eius rei quaerundai censeant refere. Lex agr. 71 quod pecuniae.

Pro genitivo partitivo interdum adiectivum in casu pronominis ponitur. Asin. 20 si quid falsum dixeris. Most. 345 num mirum aut novum quippiam facit? Men. 270 id utrumque. Cat. orat. II (J.) 37, 4. — Mil. 893 dum ne quid bonum faciamus. Pseud. 434 quid mirum fecit? quid novum? 569 novum aliquid. 759 quidquid incerti aut ambiguom. Rud. 1092 certum nil dico. Stich. 295 tantum adporto bonum. Heaut. prol. 27 plus iniquom quam aequom. 1005 tam ineptum quicquam. Phorm. 250 horum nil quicquam accidet animo novom. Acc. Trag. 190, 422 sq. neque quicquam proprium. Lucil. XXVII 6 nil proprium mortali datum.

Ut pro genitivo obiectivo prisci scriptores praepositiones prorsus evitaverunt, ita pro partitivo quoque raro leguntur. Asin. 208 unum ex omnibus. Capt. 482 unum ridiculum dictum de melioribus. Stich. 400 discam de dictis melioribus sc. unum. Truc. I 2, 84 unum ex omnibus. Most. 150 quo neque industrior de iuventute erat. Most. 337 Illi ego ex omnibus optume volo. 1126 de sodalitate solus. Pers. 473 nil gustabit de meo. Poen. V 4, 33 hoc e multis maximumst. Heaut. 652 ne expers partis esset de nostris bonis. cf. supr. p. 6.

7. Genitivus quantitatis pendens ex adverbiiis. Satis. Asin. 911 salutis. Amph. prol. 79 favitorum. Bacch. 158 historiarum. — 637, 878, 1182. Capt. 125. Cist. I 3, 2. II 1, 26. Mil. 584, 718, 1063, 1154. Most. 1030, 1165. Pers. 854. Rud. 583, 866. Stich. 91, 397, 734. Trin. 260. Truc. II 2, 4, 8, 14. Andr. 138, 821. Heaut. 225, 920. Phorm. 436, 1029. Adel. 313. Caec. Stat. Com. 56, 129 sq. Turp. e. I. 86, 12, 95, 86. Afran. e. I. 173, 63. Pacuv. Trag. 115, 304. Cat. r. r. c. 18, 6. — Abunde apud priscos scriptores non extat. — Affatim Bacch. 497. Men. 457. Mil. 980. Plauti frag. Clitell. 25. — Largiter Rud. 1188 argenti et auri. 1315 mercedis. Truc. V 11 veteris vini. Laber. Com. 280, 8 lucri. — Parum Bacch. 671. Merc. 692. Pseud. 477 quom apud te parumst (sic codd.) ei fides (Genet.) emendatum in: parvast. (cf. Lor.). Unde Draeger I, § 199, 3 lectionem Amph. II 1, 5 (555) ut tuis parum (codd. nulla) sit apud te fides, ubi fides pro nominativo haberis vult, repetierit, perspicere non possum. Turpil. Com. 92, 63 suae parum obsequellae. — Partim Cat. orat. LVII (J.) 64, 8 illorum. — Plurimum Truc. II 7, 33 amare omnium plurimum hominum. — Paulatim Cat. r. r. c. 74 p. aquae addito, nisi aquam scribere praeferas ut e. 86 lacte addat paulatim — Quoad Cat. r. r. c. 32, 1 quoad eius facere poteris. c. 33, 1. — Hic Mil. 273 proximae viciniae. Phorm. 95 viciniae. — Hic Andr. 70 viciniae (de his tribus construction. cf. Br. ad Mil. 273). — Ubi Amph. 336 terrarum. cf. Asin. 32. — Asin. 287 ubi ubist gentium. cf. Mil. 1379. — Epid. 678 (V2, 13) ubi gentium. cf. Pseud.

619. Rud. 469. Truec. V 22. — Merc. 434 ubinamst gentium. Capt. 958 ubi loci. cf. Merc. 986. Rud. 1161. — Heey. 284 ubivis gentium. — Ibidem Cist. II 1, 53 loci. — Unde Asia. 90 gentium. cf. Cist. IV 1, 16. Epid. 483 (III 4, 47). Pseud. 966. — Cist. IV 2, 82 loci (codd. cito). — Inde Enn. Ann. I 22 loci. cf. e. l. inc. frag. 76, 522. Satur. rel. p. 155, 3. (V.) — Quo Bacch. 832 gentium. cf. Rud. — 824. Merc. 858 quoquo gentium. Phorm. 551 quoquo terrarum. Heaut. 928 quovis gentium. cf. Pacuv. Trag. 214, 599. — Nusquam Amph. 620 gentium. cf. 686. Cas. prol. 70. Men. 262. Merc. 606. Mil. 684. Pseud. 402, 405. Adel. 540. — Usquam Aul. III 1, 8 gentium. cf. Poen. IV 2, 3. Pseud. 98. Vidul. frag. II 22 (ex coniect. Stud.) Heey. 293. Enn. Trag. 41, 191 (R.) — Inter ea Men. 446 loci. cf. Pseud. 266. Truec. I 1, 11. Pacuv. Trag. 86, 76 (codd. loca). Eun. 126. 255. Heaut. 257. — Interibi Afran. Com. 182, 138 loci. (ex coniect. Stud. Corollar. (R.) p. LXVIII codd. loci). — Postidea Cist. Cat. 3 loci. Stich. 758. — Adhuc Capt. 385 locorum. — Minime Merc. 421 gentium. cf. Poen. III 3, 77. Eun. 625. Phorm. 1033. Adel. 342.

Causa. Gratia. Exempla Terentiana v. apud Liebigum I. I. p. 9 et apud Heinrichsium, *De ablativi usu Terentiano*. Elbing 1858 p. 10 sqq. Ebrard, qui nuper de constructione harum vocum apud priscos scriptores I. I. § 11, 12 disseruit, cum exempla ex Terentio aliisque scriptoribus fere omnia exscriperit, satis habuit ex fabulis Plautinis ea tantum afferre, quae iam apud Holtzium I 143 sq. 328 sq. legimus. (Corrigenda sunt apud Ebrard. p. 589: v. 5 pro 77 I. 177. — v. 7 pro Men. II 3, 66 I. Merc. — v. 24 pro Men. I. Merc.) Itaque ut iam tota haec res absolvatur, equidem omnes, quos Ebrard omisit, locos hic congeram.

Causa cum pronom. possess. demonstr. rel. interrog. Asin. 417 mea causa. 432. Bacch. 523, 524. Capt. 853. Cas. prol. 77. Rud. 139. Stich. 601. Heaut. prol. 41. — Aul. I 2, 7 tua causa. Capt. prol. 14. 845. Mil. 1277. 1352. Poen. III 1, 37. — Asin. 823 sua causa. — (Causa cum pron. poss. coniuncta anteposita est hisce locis: Amph. 540 causa mea. Asin. 68. Aul. IV 10, 69. Bacch. 436, 521. Cas. II 3, 51. Cerc. 150. Men. 1147. Most. 1169. 1177. Poen. I 2, 157. — Bacch. 89 causa tua. Merc. 151. Praeterea hanc positionem apud Livium usitatam (Kühnast, *Livianische Syntax* p. 85) duobus tantum locis invenies: Enn. Ann. IX 324 sq. Rastros dentiferos capsit causa poliendi Agri et Eun. 202 causa virginis feci.) — Aul. III 4, 5 ea causa. Bacch. 445 istac causa. Aul. I 1, 5 qua causa. IV 4, 5. Bacch. 398. Stich. 363. — Causa cum genetivo coniuncta Amph. 917, 1146. Asin. 194, 542, 822. Aul. II 1, 2, 6, 11. III 4, 4. IV 10, 20. Capt. 431. 1009. Cas. II 1, 7. V 4, 16. Cist. I 1, 42. Epid. 45 (I 1, 43). 91 (I 1, 84) animi causa, delet Goetz Anal. Plaut. p. 99 sq. Epid. 286 (II 2, 104). 382 (III 3, 1). 389 (III 3, 7). Mil. 756. 1164. 1286. 1308. Most. 207. Pers. 338. Poen. prol. 38. 95. III 1, 48, 3, 25. V 2, 81. Rud. 140. 932. Stich. 338. Trin. 180, 334. 686. 848. 1090. Truec. II 7, 47. V 75. Cat. r. r. c. 2, 5. c. 21, 4. c. 157, 8. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 5 praevericationis causa. 55. 56. — Lex agr. C. J. n. 200, 26 itineris causa. G. Grachus Orat. Mey. p. 235 luxurii causa. e. l. vitae causa. e. l. p. 242, 7 sq. neque ullius rei causa. — Gratia eadem ratione usurpatur. Bacch. 97 mea gratia. cf. Cerc. 154. — Mil. 754 nostra gratia. cf. Poen. prol. 9. — Aul. II 2, 89 ea gratia. cf. Cist. IV 2, 97. Stich. 327. 645. Andr. 433. — Amph. 664 qua gratia. cf. Asin. 536. Bacch. 249. Cist. II 1, 20. Cerc. 454. Truec. prol. 9. II 2, 33. — Amph. 486 honoris huius gratia. — 682. 867. Asin. 191.

Capt. 98. Cist. I 2, 25. Curec. 549. Epid. 275 (II 2, 90). Mil. 103. 620. 626. 1009 quoius gratia (sic Müller Prosod. Plaut. p. 184. codd. causa). — Andr. 836. Heey. 836. Titin. Com. 147, 96. Eos locos, quibus ablativi **c a u s a** et **g r a t i a** cum genet. gerundii coniuncti sunt, v. supr. p. 7.

Ergo Leg. XII tabb. rell. tab. X 4 (Sch. p. 154) funeris ergo e. I. 7 virtutis ergo. Cat. r. r. c. 132, 1 eius rei ergo. c. 134, 3. c. 139 (quater). c. 141, 2. 3 (bis). 4. Claud. Quadr. Ann. III (ex litteris, quas consules ad Pyrrhum miserunt) Hist. Pet. p. 220, 14 commuuis exempli et fldei ergo. Corn. Sisenna Hist. IV (ex lege Calpurn.) Pet. p. 293, 10 virtutis ergo. Cum genet. gerundii v. supr. p. 7.

Vicem Amph. 334 vocis vicem. Capt. 397 amborum vicem. 526 eri vicem. Most. 355 mean vicem. 1145. Rud. 814 istarum vicem. Truc. I 2, 57 nostram et illorum vicem. Heaut. 749 Menedemi vicem. Pompon. Com. 236, 72 vicem duorum.

Adiectiva cum genetivo coniuncta. Adiectivis a Draegero I² § 206, 1 ex Holtzii syntaxi maximam partem allatis addenda sunt: **i n c u p i d u s**, **a v i d u s**, **g n a r u s**, **c e r t i o r e m** esse, **m e m o r**, **i m m e m o r**, **p o t i o r e m** fieri, **l a r g u s**, **e g e n s**, **c o p i s**, **p o l l e n s**, **i n o p i o s u s**, **o r b u s**, **i n d i g e s**, **s a t u r**, **e x s p e s**, **d i g n u s**, **p e c u l i a r i s**, **a d s i m i l i s**, **p e r s i m i l i s**. Neque satis sibi constat L. I. Draeger, qui ex iis adiectivis, quae ipse iam apud priscos scriptores cum genetivo construi docuerat, haec quatuor **s o c o r s**, **d i v e s**, **l i b e r**, **i n c e r t u s** paulo infra 2 a) 2 d) 2 g) 2 i) contendit, ab recentioris demum aetatis scriptoribus usurpata esse. Accedunt adiectiva **a v i d u s**, **m e m o r**, **i m m e m o r** 2 a), **s a t u r** 2 d), **d i g n u s** 2 k), quae cum ipsa quoque in prisa latinitate cum genetivo inveniantur, a Draegero aureae aut posterioris aetatis sermoni tribuuntur. Coniunctiones illae adiectivorum **s a n u s**, **t a s s u s**, **m i s e r**, **f a l s u s**, **i n c e r t u s** cum genet. **a n i m i**, quas Draeger eod. 1. attulit, referendae sunt ad genet. relationis § 206, 5. Iam accedo ad adiectiva enumeranda. **C u p i d u s** Curec. 98. Poen. I 1, 51. Pseud. 183 vini (codd. vino). 1132. Trin. 100. Heey. 91 sq. 283. 372. ex inc. Trag. 238, 27 domum itionis. Lucil. XXVI 40. — Cat. orat. XI (J.) 58, 2. — **I n c u p i d u s** Afran. Com. 211, 361 liberūm. — **A v i d u s** Eun. 938. (Cum praep. ad: Eun. 131 ad rem.) — **S t u d i o s u s** Eun. Ann. VII 224 dicti. (e. dat. = studere Mil. 802 qui nisi adulterio, studiosus rei nulli aliaest improbus). — **S o c o r s** Adel. 695 ceterarum rerum. — **G n a r u s** Asin. 551. Rud. 210. (Most. 100 gnaruris vos volo esse hanc rem = novisse, ex sermone cotidiano repetitum.) — **I g n a r u s** Poen. III 3, 43. Eun. 136. Heaut. 226. Heey. 675. 682. Adel. 160. (Poen. III 2, 9 iuris **c o c t i o r e s**, annominatio pro **d o c t i o r e s**.) — **P e r i t u s** Eun. Ann. XVI, 400 (cum praep. in: Acc. Trag. 282, 8 periti sumus in vita. Duo alia exempla v. Draeg. I² § 206, 7). — **I m p e r i t u s** Stich. 104. Andr. 911. Caec. Stat. Com. 76, 260. — **C o n s c i u s** Rud. 1247. Phorm. 156. — **I m p r u d e n s** Eun. 136 (cum praep. de: Andr. 227 (Umpf.) ne de hac re pater imprudentem opprimat.). — **C e r t i o r e m** esse Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 44 quo quis suae alterius sententiae certior siet. — **I n c e r t u s** Rud. 213. Phorm. 578. Eun. Trag. 67, 351 (R.). — **I g n o t u s** (act.) Naev. Trag. 11, 36 iteris. — **M e m o r** Merc. 996. Pseud. 481. Stich. 578. Audr. 281. — **I m m e m o r** Stich. 48. Andr. 44. Acc. Trag. 183, 364. — **P a r t i c e p s** Epid. 266 (II 2, 81). Mil. 1013. Pseud. 11. (Truc. IV 2, 34 pro dubia lectione codicum: do obsoni me participem fieri, recepit Draeger I² § 199, 10 conjecturam: de — sic lege pro do — obsonio meo participem fieri

idque unum incertumque huius constructionis exemplum, quod in lexicis quoque — Klotz, Forcellini — invenitur, delendum est. Speng. do[nati] obsoni. Bugge: quod obsonatumst.) Heaut. 428. — Ex pers. c. gen. Amph. 170. Asin. 505. Pseud. 498. Heaut. 652. Cat. ad Marc. fil. (J.) 80, 8. Titin. Com. 154, 149. c. abl. Amph. 713. Asin. 45. Pers. 509. Turp. Com. 104, 157. Errat igitur Fritzsche, qui contendit (Ind. Lect. Rostock. 1877/78. p. 8) veteres scriptores fere semper hoc adiecitivum cum abl. construxisse. Idem ex pretus cascam fuisse formam censem pro expers Bacch. 446 Fit magister quasi lucerna uncta, expretus linteo. Neque opus est genetivum mutare in abl. Asin. 505. — Ex heres Bacch. 849 vitae. c. abl. Most. 234 meis bonis. — Ad finis Heaut. 215 illarum rerum. c. dat. Trin. 331 publicis an maritumis negotiis. — Comp o s c. g e n. App. Claud. in sententis (Fest. ed. O. Müller p. 317) animi. Adel. 310. — Naev. Trag. 7, 6. Amph. 643. Capt. prol. 41. 622. Epid. 559 (IV 1, 32). Truc. IV 3, 61. Enn. Trag. 67, 352 (R.). c. abl. Capt. 217. ea (copia) facitis nos compotes. Acc. Trag. 140, 36 magnis et multis malis. — Imp o s Bacch. 614 animi. Cas. III 5, 7. — Men. 110. Trin. 131. Truc. IV 3, 54. Acc. Trag. 173, 287. — Potiorem fieri Cas. I 24 quam tu eius potior fias. — Plenus in prisca latinitate uno loco eoque corruptissimo Merc. 881 (B splendore plenum. CD splendore est plenum) excepto nusquam cum genetivo non legitur, ut non dubitem, quin illo quoque loco, quomodo cunque versum emendas, genetivus, de quo iam Acidalius cogitabat (v. Ritschelii app. crit.) restituendus sit. Scribe igitur Poen. I 2, 37, ubi Hermannus post abl. invenustate adiect. plenae inseruit: invenustatis [plena], ut Heey. 848 venustatis — plenior. Non satis accurate de usu huius adiectivi disserit Draeger I² § 240 a. Jam vide exempla: Amph. 777 laruarum. Bacch. 153 sanguinis. Aul. IV 2, 15 mulsi. 8, 9 auri. V 13. — Epid. 152 (I 2, 49) consili. Men. 581 litium. Merc. 574 ieunitatis. Mil. 22 gloriarum. 423 viti probrique. 512 dedecoris. 513 undarum. 783 facetiarum et doli. 1034 fastidi. Most. 213 viti. (coniect.) 379 convivarum et mulierum. Pers. 392 librorm. 507 bonaram rerum. Poen. I 2, 101 sordorum. V 5, 34 sq. alli ulpicique. Pseud. 380 negoti. Rud. 319 mali viti probrique. 548 argenti. 651 fraudis, sceleris, paricidi, periuri. Trin. 751 amoris atque lasciviae. Enn. Ann. X 342 fidei. Eun. 105 rimarum. 318 suci. Heey. 823 vini. 848 venustatis. Adel. 412 praeceptorum. 846 favillae, fumi ac pollinis. Caec. Stat. Com. 37, 7 taeniarum. Titin. e. l. 154, 149 consili. Afran. e. l. 217, 411 aranearum. Lucil. VII 27 olerorum. XII 6 fami (= famis). XXX 97 porriginis. Cat. orat. I (J.) 36, 1 tumultus. Cat. r. r. c. 81 aquae calidae. C. Titii orat. pro lege Fanua Mey. p. 204, 18 vini. C. Sempr. Gracch. orat. apud censor. Mey. p. 232, 9 argenti. — Dives Amph. 170 operis. — Onus t u s. De construct. huius adiectivi cf. Studemund Nov. annal. 1876, p. 75. Ann. 46. c. gen. Aul. IV 2, 4 auri. e. l. 10. V 2 (codd. auro). c. abl. Bacch. 1069 praeda. Epid. 375 (III 2, 39) astutiis. Pseud. 218 oleo. Aul. III 1, 9 fustibus. Rud. 909 praeda. Stich. 276 laetitia habentiaque. Afran. Com. 167, 16 laetitia. — L a r g u s c. g e n. Asin. 533 lacrumarum. c. abl. Asin. 598 opera nocturna. — Cumulatus Aul. V 16 scelerum. Caec. Stat. Com. 44, 61 ineptitudinis. — Copis Turp. Com. 92, 61 omnium causarum. Pacuv. Trag. 115, 307 prosperum. — U b e r. Acc. Trag. 142, 49 frugum. — [J m - p l e t u s] aquae purae. Hoc participium affert Kühner II § 85, g) miro errore inductus ex Catonis libro de re rust. c. 88, 1, ubi haec verba leguntur: Amphoram defracto collo puram impleto aquae

purae, imperativi formam pro partic. ducens. — *Vacivus* Bacch. 154 virum. Heaut. 90 laboris. — *Orbus c. gen.* Rud. 349 auxiliique opumque. c. abl. Afran. Com. 195, 240 virili sexu. Enn. Trag. 25, 77 (R.) arce et urbe. — *Egens et indigens v. sub verb.* copiae et inopiae. — *Indiges* Pacuv. Trag. 118, 328 sq. liberum. — *Inopiosus* Poen 11, 2 consili. — *Pollens* Cure. 114 vini. — *Potens* Pers. 755 caeli. Poen. V 4, 9 pacis. — *Satur* Adel. 765 omnium rerum. — *Prodigus* Most. 875 peculi sui. Ex inc. Trag. 240, 38 vitae. — *Exilis* Stich. 526 omnium — aegritudinum, sic A, Anal. Plaut. ed. Schoell etc. p. 182; offendit significatio insolita vocis exilis (cf. Müller Prosod. Plaut. p. 433). — *Exspes* Acc. Trag. 185, 376 liberum. — *Liber* Amph. prol. 105 harum rerum et multarum. — *Par* Rud. prol. 49 sui. Acc. Trag. 196, 465 illius. — *Dignus* Trin. R² 1153 salutis, ex Nonio. (item Brix Trin.^{2,3}) Alteram editionem Trinummi (R.) neque Draeger I², § 206 k, neque Kühner II § 87, I 2 inspexisse videntur. — *Mendax* Asin. 855 huius rei. — *Peculiaris c. gen.* Pers. 201 eius. c. dat. Aul. III 4, 7 anui. — *Manifestus* semel in libris cum gen. invenitur Amph. fragm. 12 manifestum hunc obtorto collo teneo furem flagiti. Praeterea scripsit Ritschl contra auctoritatem codicum Bacch. 696 quem mendaci prendit manifestum modo (codd. manifesto), et Fleckeisen tuetur (Nov. Annal. 1870 p. 710) vulgatam lectionem Truc. I 2, 30 Manifestam mendaci, mala, teneo te (A manifesto Pall. manifesta), quod verba iudicandi tenere, prehendere, deprehendere apud antiquissimos aureaeque aetatis scriptores cum genet. non legantur, adiectivum manifestus contra ab omnibus omnium temporum scriptoribus cum genet. construatur. At cum Draeger I² § 206 c et Erdmann Ueber den Gebrauch der latein. Adiectiva p. 8 (Progr. Stendal 1879) doceant, praeter unum huius constructionis exemplum Plautinum Truc. I 2, 30 (cf. Holtze I p. 337) ante Sallustium et Ovidium hoc adiectivum cum genet. coniunctum non inveniri verbumque prehendere a Plauto Bacch. 696 et 950 (ex coniect. Acidalii), verbum tenere Truc. I 2, 30, tum iam ab Sabino iuris consulto, qui Tiberii aetate floruit, (Gell. XI 18, 20 furti tenetur) usurpatum sit cum genetivo, magna est dubitatio, utrum praestet, adverb. manifesto duobus illis locis Bacch. 696 et Truc. I 2, 30 in adiectivum mutare, ex quo genetivus noxae pendeat, an hunc genetivum cum verbis illis coniungere. Nam quae Kühner II § 86, 7 p. 340 ex lege XII tabb. affert: servos furti manifesti prehensoris, haec verba Gelliana non legis sunt.* — *Similis*, *consimilis*, *ad similis* (Merc. 957), *persimilis* (Pers. 698. Titin. Com. 138, 34). (*Dissimilis*, quod compositum hic referunt Brix Capt. 112 et Lorenz Mil. 239 apud priscos scriptores cum easu coniunctum omnino non inveni). De constructione illorum adiectivorum cum genet. apud comicos cf. Ritschel. Op. II p. 570 sqq. 579 sqq. Paucis locis, ubi libri dativum praebent, genetivus restitutus est: Capt. 582. Men. 1088, 1089. Truc. II 6, 24. Eun. 468 nostri codd. D. G. (Umpf.).

*) Has plagulas ad typographum missuro adfertur mihi primus huius anni fasciculus Annalium Bursiani, in quo (tom. XVIII p. 15 sq.) de hac constructione Lorenz ex dissertatione Joh. Schroederi De fragmentis Amphitruonis Plautinae, accuratius rettulit. Atque hic quidem vir doctus sibi persuasit, cum et Bacch. 696 et Truc. I 2, 30 in codice Ambrosiano denuo inspecto exaratum sit manifesto vel manifesto, omnibus locis Plautinis constanter legendum esse manifesto tenere, prehendere, opprimere, ut flagitium, in quo quis teneatur, per genetivum his verbis addatur. Quae si ita sunt, id quod mihi quoque veri simillimum videtur, manifestus ex numero eorum adiectivorum, quae apud priscos scriptores cum genet. coniunguntur, tollendum est.

pro nostris. Praeter exempla a Ritschelio I. I. congesta legitur *similis* c. gen. Most. 149, 128. Vidul. fragm. II 12 (Stud.). Andr. 225. Eun. 313, 468, 496. Heaut. 802, 990, 1020. Phorm. 501. Hecy. 140, 399. Adel. 411, 627. Naev. Com. 16, 60. Afran. e. I. 169, 29. Nov. e. I. 264, 62. Laber. e. I. 297, 124. Acc. Trag. 126, 374. — *Consimilis* c. gen. Capt. 116, 123. Poen. IV 2, 2. Afran. Com. 215, 397. *Similis* et comp. c. dat. Eun. Sat. p. 262, 45 (V.) *Simia* quam *similis* turpissima bestia nobis. Acc. Trag. 188, 405 *Silvani melo consimilem* — *cautum*. Lucil. VIII 2 *puero similis*. Cat. epist. (J.) 85, 2 *adsimilis illi*. *Insolentius* dictum est Naev. Bell. Pun. I 22 *belli inertes*. Capt. 264 *quarum rerum te falsilocum mihi esse nolo*. Eun. Trag. 74, 403 (R.) Servius in Aen. IX 255: Ennius deos aevi integros dicit. Acc. Trag. 146, 80 o vim *torvam aspecti atque horribilem*. Restat adiectivum *aeger*, quod et Draeger I² § 206, 1 apud Livium Andronicum cum gen. *coniunctum* inveniri testatur, nec locum nec genetivum ipsum indicans, et lexica (Klotz, Forcellini) ex Prisciano 6 p. 725 Putsch. exhibent. Fragmentum tamen illud, unde verba *aegra sanitatis* repetantur, non Livio Andronico sed Laevio deberi, ex Hertzii editione Prisciani appetet.

Participia praesentis verborum transitivorum. Cupiens Amph. prol. 132 quoius. Bacch. 278 domi. Mil. 1049 tui. 1165 istius nuptiarum. Poen. prol. 74 liberorum. Hecy. 142 tui. Eun. Ann. I 80 *cupientes* (vulgo *concupientes*) regni. — *A manus Asin.* 591 tui. 857 *uxoris*. — *Persequens* Cas. II 1, 13 flagiti. — *Fugitans* Phorm. 623 litium. — *Temperans* Phorm. 271 rei aut famae. — *Metuens* Turpil. Com. 104, 157 sui. — *Gerens* True. I 2, 43 et II 1, 13 rei. Hanc scripturam tueruntur Brix ad Capt. 261 et Kiessling Nov. annal. 1868 p. 609 sq., in accusativum mutavit genetivum Spengel — *Participium sciens*, quod et Holtze affert I p. 337 et Draeger I² § 207 delendum est, nam Cas prol. 63 Ambrosiano ducere nunc legitur: *sciens ei mater dat operam, pro sciens eius mater ei dat operam*.

Dativus pro genetivo. Permulti extant loci imprimis apud comicos, ubi dativus personae pro genetivo aut pron. possessivo positum est pendens praecipue ex locutionibus, quae constant ex verbo esse et substantiis erus, servus, advocatus, patronus, pater, mater, sodalis, amicus, inimicus etc., quo ratio quaedam, quae intercedit inter duas personas, exprimitur. cf. Lor. ad Most. 91, 1139. Mil. 270, 605. Brix ad Capt. 526. Mil. 271 Lorenz, Bursian Jahresber. 1874, 75. Abth. II p. 624. Pauca exempla ex Plauto et Terentio affert Holtze I p. 298, ex aliis scriptoribus Draeger I² § 194 p. 410. — *) Amph. 362 *Quis erus est igitur tibi?* 381. Capt. 241, 243, 444, 857. Men. 493. — Amph. 861 *qui oī est servus Sosia*. (Fleck. quoius). Bacch. 160. Capt. 241, 243. (c. gen. Amph. prol. 148, 347, 356, 394. Pseud. 1169. Rud. 79). — Amph. 1038 *utri sim advocatus nescio*. Rud. 890, Eun. 340. — Asin. 621 *patronus qui vobis fuit futurus*. Capt. 444. Pers. 838. Poen. V 4, 74. Rud. 705. True. IV 3, 48. (c. gen. Capt. 335 *polis quidem huius es cluens*). — Aul. III 2, 16 *tu mihi's tutor*. — Aul. IV 10, 48 *hic mihi est Megadorus avunculus*. — Cas. II 3, 46 *ille unicust mihi filius*.

*) In eodem, quem modo p. 23 Adn. commemoravi, fasciculo Annal. Bursiani laudatur p. 6 dissertatione inaugurali Henrici Peine, De dativi usu apud priscos scriptores Latinos. Argentorati 1878. In qua cum de hoc dativi genere disputatum sit, doleo quod ea uti mihi non licuit.

quam ego ei pater. Capt. 444, 633, 635. Men. 1108. Most. 962. Pseud. 294. Truc. I 1, 70. 2, 100. Hecy. 258. Adel. 126. Caec. Stat. Com. 49, 77. (c. gen. Capt. prol. 4. 974. Truc. II 7, 38. Bacch. 877. Most. 970). — Poen. V 2, 105 Ampsigura mater mihi fuit. Stich. 155. Heaut. 270. — Poen. V 2, 108 mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 20 queive ei sobrinus siet. e. l. 22. — Poen. prol. 115 idem huic patruos adulescentulost. — Cist. II 3, 16 nam illaec tibi nutrix est. — Bacch. 460 Hic sodalis Pistoclero iam puer puerus fuit. Capt. 512, 563. Most. 1154. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 20 queive ei sodalis siet. e. l. 22 (c. gen. Bacch. 453 gnati tui sodalis hic quidemst. Merc. 995). Capt. 528 is sodalis Philocrati et cognatus est, dubitari potest, utrum Philocrati dativus an genetivus sit. (cf. Br. ad h. l.) Evidem dativum esse puto, cum et in ceteris eiusmodi exemplis hic casus usitator sit et cognatus aliis quoque locis cum dativo coniungatur: Rud. 1214 mihi esse cognatum. Andr. 926 is mihi cognatus fuit. Adel. 947 Hegio cognatus his est proximus. — Bacch. 976. Nunc Priamo nostro sist quis emptor. — Capt. 629 fuisti meae matri opstetrix. Epid. 466 (III 4, 30) mihi concubina quae sit. (c. gen. Mil. 362 eri concubinast haec quidem). — Men. 493 qui ego adaeque heres eram. Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 60 quoive ipse — heres siet. Lex agr. C. J. n. 200, 64 qui is heres erit. — Mil. 271 illic est Philocomasio custos. Truc. IV 3, 38. — Mil. 1357 aili libertus esse. — Mil. 1431 Quis erat igitur? : : Philocomasio amator. cf. Poen. V 4, 43 sed quis homost? : : Amicus vobis (c. gen. Epid. 702 (V 2, 37) sed quis east mulier? : : Tui gnati amica). Eadem minus usitatam constructionem cum dativo sine verbo esse v. Rud. 705 Sed optume eccum exit senex, patronus mihi que et vobis. Acc. Trag. 204, 522 Achivis classibus ductor, gravis Dardaniis gentibus ultor. (Vocat.) Itaque mihi persuasum est, mutatione opus non esse Cas. II 7, 12 Mihi benevolentes atque amici prodeunt, ubi Müller Prosod. Plaut. p. 520 scribit: Mei benevolentes etc. — Pers. 770 tu hic eris dictatrix nobis. — Poen. prol. 120 is illi Poeno hospes fuit. V 2, 90 sq. — Poen. I 3, 35 qui sphingi interpres fuit. — Poen. V 2, 100 Demarchus item ipse fuit adoptatus. — Pseud. 447 hic dux, hic illis paedagogus. — Heaut. 991 sq. matres omnes filii — adiutrices solent esse. — Pseud. 700 εὐγενῆς mihi st. (cf. Lor.). — Stich. 630 dum parasitus mihi atque fratri fuisti. (c. gen. Bacch. 573 parasitus hominis ego sum improbi.) — Truc. IV 3, 66 tu's praetor mihi. — Cat. orat. XI (J.) 44, 1 M. Fulvio consul legatus sum. — Cat. ad Marc. fil. (J.) p. 79, 1 Illi imperator tu, ille ceteris mediastrinus. — Eun. 1052 nostra omni est faatrix familiae. Lucil. XXIX 17 favitorem tibi me, amicum, amatorem putes. Uno loco genetivus et dativus coniuncti sunt: Merc. 842 divom atque hominum quae spectatrix atque era eadem hominibus. — Amicus et inimicus, quae adiectiva substantivi quoque loco usurpantur, accidente verbo esse interdum cum genitivo, multo saepius cum dativo construuntur. c. gen. Merc. 974 Charini amicast. Most. 980 patris amicu's videlicet. Poen. V 2, 131 inimicus hercle est huius. Epid. 702 (V 2, 37) sed quis east mulier? : : Tai gnati amica. Pomp. Com. 247, 145 sq. ut si quis est amici amicus. c. dat. Most. 195 quae illum tibi aeternum putes fore amicum et benevolentem. Pers. 582 tu mi es inimicus certus. Poen. IV 2, 57 sein tu erum tuom ero meo esse inimicum capitalem? Trin. 94 tu ex amicis certis mi's certissimus.

Andr. 970 pater amicus summus nobis. Phorm. 1049 vostrae familiae hercle amicus et tuo summus Phaedriae. In his quae sequuntur exemplis diiudicari non potest, utrum voces *amicus* et *inimicus* attributo carentes pro substantivis an pro adiectivis habendae sint: Asin. 387 ego sum amicus nostris. Capt. 140 sq. semper sensi filio Meo te esse amicum. Bacch. 539 mi amicum esse. 557 amicus est tibi. Cas. III 4, 25 tu mi amicus es. Cist. I 1, 1 mihi amicam esse crevi. Men. 675 sibi inimicus magis quist quam aetati tuae. Merc. 925 suspicatur illam amicam esse illi. Pers. 581 estne tu huic amicus? Poen. V 4, 43. Amicus vobis. Pseud. 188 quae amica's frumentariis. Stich. 508 mihi te amicam esse. 509 quoniam mihi amicum experior esse, Ambrosiano duce Loewe, Anal. Plaut. p. 181. Trin. 106 fuitne hic tibi amicus Charmides? 115 si mi inimicus esset. 267 amicus mihi ne fuas. 337 nil moror eum tibi esse amicum. 716 ego amicus nunquam tibi ero. 895 is mi est amicus. Truc. II 1, 20 qui rei inimicust suae. Phorm. 597 ubi Phaedriae esse ostenderet nilo minus amicum esse quam Antiphoni. Pomp. Com. p. 247, 146 cui amicus est. — Similiter *cognatus*: Rud. 1214 mihi esse *cognatum*. Andr. 926 is mihi cognatus fuit. — *Adfinis* Adel. 948 *Adfinis* nobis. Acc. Trag. 201, 503 ut essem *adfinis* tibi. — *Vicus* Vidul. fragm. I 38 (Stud.) *vicus* igitur es mibi. Eun. 359 Sed istam Thaïdem non scivi nobis *vicinam*. — *Liberiorem constructionem cum dativo commodi* praebent haec exempla: Amph. 44 sq. quis *bene factis* meus pater — *architectus omnibus*. Cura. 639 isti (anulo) me *heredem* fecit. Truc. IV 4, 6 *tutorem* me adoptavit *suis bonis*. Naev. Com. 16, 58 me *bonis omnibus* ego te *herem* faciam. Epid. 403 (III 3, 22) divertunt *mores virginis* longe ac lupae. 422 sq. (III 3, 41 sq.) ei volo *Ire* *advocatus*. Men. prol. 13 huic argumento *antelogium* hoc fuit. Most. 92 *e i rei argumenta* dicam. 118 haec argumenta ego aedificiis dixi. Trin. 522 *e i rei argumenta* dicam. Mil. 238 sq. ut *Philocomasio* hanc *sororem* — dicam Athenis advenisse. (Most. 374 pater advenit peregre *Philolachae*). Mil. 798 quasique ego *e i rei sim interpres*. 955 ne quis *nostro* hic *aceps sermoni* siet. Most. 227 ut *fama st homini*. Poen. prol. 49 *e i rei* ego finitor factus sum. Pseud. 17 me supremum habuisti comitem consiliis tuis. Rud. 1014 si tu *proreta* isti *navi's*, ego *governator* ero. 1377 tun meo *pontifex* *periurio's*? Trin. 81 ego sum *promus pectori*. 204 *verbis falsis acceptor* fui. 226 *magister* mihi exercitor animus nunc est. 644 *honori posteriorum tuorum* ut *vindex fieres*. 915 *C est principium nomini*. 1123 ut *e i rei fundus* pater sit potior. Eun. Ann. I 68 sq. postquam consistit *fluvius*, qui est *omnibus princeps*. Andr. 458 illic est *huic rei caput*. Adel. 568. — Phorm. 872 *patruos tuos* est *inventus Phanio uxori tuae*. Adel. 671 *auctor his rebus* quis est? Ex inc. Com. 120, 52 sq. tutamen fore speraverat *familiae Domique columen*. Huc nescio an spectent Asin. 729 nec *caput* nec *pes sermoni* adparet. Capt. 614 Garret *quoi neque pes unquam neque caput* compareat. Lucil. XVII 15 sq. *magna ossa lacertique* adparent *homini*.

Genetivus relationis cum adiectivis verbisque saepius coniungitur. Atque primum quidem afferendus est genet. *animi*, quem non desunt qui alias eiusmodi constructiones neglegentes locativum esse contendant, ut Kühner II § 85 c. § 89, 5 c. Ebrard I. I. § 22, p. 601.*). Jam vide

*) Ebrard duos locos hic falso profert: Pacuv. Trag. 114, 302 triplici pertimesfactus maerore *animi*

exempla: Cist. II 1, 8 lassus animi. IV 2, 3 animi misera. Trin. 454 satin tu sanu's mentis aut animi tui —? Eun. 274 falsus animist. Hecy. 121 animi incertus. Epid. 326 (III 1, 6) qui angaste animi. 390 (III 3, 8) animi med excruciare. cf. Mil. 720, 1068, 1280. Rud. 388, 399. Phorm. 187. — Aul. I 2, 27 discrucior animi. Adel. 610. — Merc. 127 animi pendeo. 166. Heaut. 727 pendebit animi. Afran. Com. 205, 318 qui nunc est animi exercitus. Pacuv. Trag. 113, 294 animi horrescit. Enn. Trag. 54, 267 (R.) coniecit Ribbeck animi fortiter ferre pro amici, paulo fortasse insolentius, ut ipse ait. Ex his exemplis si inspicis Trin. 454 satin tu sanu's mentis aut animi tui —? satis, credo, tibi apparebit, nihil interesse inter gen. mentis et animi. cf. reliqua genet. relationis exempla: Epid. 138 (I 2, 35) desipiebam mentis. Fragm. Laevii (v. supr. p. 24) aegra sanitatis. Enn. Trag. 67, 351 (R.) summarum rerum incertus. Rud. 213 incertus consili. Phorm. 578. Naev. Bell. Pun. I 22 belli inertes. Capt. 264 quarum rerum te falsilocus mihi esse nolo. Adel. 695 nolim ceterarum rerum te socordem. Enn. Trag. 74, 403 aevi integer. Acc. Trag. 146, 80 o vim torvam aspecti atque horribilem. Epid. 239 (II 2, 55) sermonis fallebar. (cf. Brix ad Capt. 261.)

Adiungam hoc loco formulas **compendi facere** et **lucri facere** aliquid, quas ellipsi pronominis aliquid explicat Lorenz ad Most. 60, facere ut aliquid compendi, lucri sit, ut sermonis cotidiani locutionem **operae est**. Aliter Hoffmann, Nov. annal. 1874, p. 556. Ac prioris quidem locutionis compendi facere exempla attulit omnia Lorenz ad Pseud. 1124, quibus addidit formulam **compendium facere alicuius rei** ad Pseud. 584, posterioris lucri facere haec sunt: Most. 354 qui facere argenti cupiat aliquantum lucri. Pers. 668 fecisti lucri (absol.) 713. — Poen. III 5, 26 me esse hos trecentos Philippus facturum lucri. Truc. II 4, 72 lucri (codd. lucrum) hercle videor facere mihi. III 2, 22 A facio lucri. Bacch. 859 nihil est, lucri quod me hodie facere mavelim, sic Ritschl, vulgo interpungitur: nihil est lucri, quod —. Similiter dictum est Cas. II 7, 2 restim sumpti fecerim. Merc. 419 facere damni mavolo. — **Opera e est.** Praeter quatuor exempla, quae contulerunt Lorenz et Brix ad Mil. 252 haec tantum inveniuntur: Amph. prol. 151 erit opera. Enn. Ann. I 16 est opera. Accedunt ex conjectura: Merc. 286 dicam, si videam tibi opera (codd. operam) esse (Müller Prosod. Plaut. p. 710). Merc. prol. 10 si operaest (sic R. opera est codd.) Plenior formula **operae pretium est legitur**: Cas. V 2, 5. Mil. 31. Most. 842. Poen. V 4, 1. Rud. 947. Enn. Ann. inc. fragm. 454. Andr. 217.

Verba cum genetivo coniuncta. Verba monendi et obliuiscendi.

Monere et composita. c. gen. substantivi unum exemplum invenitur, quod fugit Lorenzum ad Pseud. 148: Rud. 743 mearum me absens miseriarum commones. c. acc. substantivi Pseud. 150 officium vostrum commonerier. Stich. 58 qui manet ut moneatur — officium suum. c. acc. neutr. pronomium saepius: Rud. prol. 28 moneo vos ego incerte errans vagat, ubi non dubium est, quin gen. animi ex substantivo maeore pendeat, et Cist. II 1, 5 sq. nubilam mentem animi habeo. „Mens animi malebant interdum eleganti periphrasi dicere veteres, quam mentem vel animum simpliciter.“ Gronovii Lectiones Plautinae p. 128. cf. Epid. 530 (IV 4, 4) territat mentem animi. Lucr. III 613 sq. animi — mens. IV 756 mens animi vigilat. V 149 animi mente.

hoc. Stich. 41 sq. te hoc — moneo. Aul. II 1, 25 te id admonitum advento. Andr. 918. Heaut. 353. Hecy 766. Pacuv. Trag. 81, 30. — Pacuv. Trag. 90, 112 di monerint meliora; idem versus apud Lucil. XXVI 35. — Memini, commemini c. gen. Bacch. 206 meminit Mnesilochi. Capt. 800 faciam ut huius die locique meique semper meminerit; idem versus Eun. 801. — Pers. 494 mei memineris. 658 meminit libertatis. Trin. 1027 commeminit domi. Eun. 815 domi focique fac vicissim ut memineris. Heaut. 951 ut — meminerit semper mei. 1026 eius ut memineris. c. acc. subst. Cas. II 3, 41 sq. Cist. I 2, 29. Men. prol. 47. 624. Merc. 1011. Mil. 354. 1378. Poen. V 2, 102. Stich. 42. 46. Trin. 697. Truc. II 1, 10. Fragm. Plaut. Clitell. (Gron. p. 1127, 23) meminere officium suum. Turp. Com. 104, 156 meminisse illius formam. c. acc. neutr. pronom. et adiect. Amph. 254 hoc commemini. Aul. II 2, 79 illud memineris. — Capt. 317. 396. 414. Cure. 493. Epid. 554 (IV 1, 27). Men. 1111. Mil. 809. 914. 1195. Pers. 183. Poen. III 5, 22. Afran. Com. 189, 194. Pompon. e. l. 241, 109. Heaut. 550. Phorm. 387. — Pers. 186 memini omnia. Poen. III 4, 16 commemинisse omnia. Cat. Orig. II, (J.) 9, 10 sq. vera meminere. c. praepos. de: Asin. 939 de palla memento. — Recordor, reminiscor, recommentor cum accus. construuntur: Men. 972 recordetur id. (sic libr. Br.) Pacuv. Trag. 81, 36 recordor confidentiam. Acc. Trag. 181, 346 haec. e. l. illos reminiscor dies. Hecy. 385 orata eius reminiscor. Trin. 912 recommendatu's nomen. — In mentem venire c. gen. substant. Naev. Bell. Pun. I 7 ei venit in mentem hominum fortunas (Gen.) Rud. 685 sq. [venit] in mentem mihi mortis. Phorm. 154 eius adventi. Afran. Com. 210, 346 dolorum c. praep. de: Most. 271 in mentem venit de speculo, ubi cum Lorenzio infinitivus dicere suppleatur necesse non est. cf. Hecy. 536 sq. nunc mi in mentem venit de hac re, et Asin. 939 de palla memento. c. u m n o m i n a t i v o saepius: Aul. II 2, 49 hoc. Cas. II 6, 27 unum. Epid. 638 (V 1, 32) quod. Merc. 922 hoc. Pers. 388 istuc. — Mentionem habere Liv. Andr. Odyss. fragm. XIII atque escas (Gen.) ne habeamus mentionem. — Se in memoriam inducere Pers. 643 suarum miseriarum. — Mentionem facere c. gen. Bacch. 252 istius hominis. Rud. 1289 sq. viduli. Trin. 976 auri. 1069 hominis optumi. Truc. I 2, 93 partitionis. Eun. 437 sq. Phaedriac c. praep. de: Aul. II 2, 27 de filia. Pers. 109 qua de re. Mil. 993 de me. — Oblivisci duobus tantum locis Terentianis cum genetivo construitur: Andr. in alt. ex. 2 me esse oblitum — tuae gnatae alterae, et Eun. 306 oblitus sum mei. c. acc. personae Liv. Andr. fragm. V Neque tam ted oblitus sum (Neque enim te oblitus sum, Hermann El. doctr. metr. p. 618). Acc. Trag. 160, 190 utinam nemet possim oblivisci. e. l. 199, 488 Ulixem obliviscar. c. acc. rei App. Claud. (Prisc. VIII, 792 P.) obliviscere miserias. Cas. I 16 officium meum. Trin. 1014 condalium. Caec. Stat. Com. 44, 61 cultum. Turpil. e. l. 106, 171 sq. eius crebras mansiones, sumpti largitatem. Acc. Trag. 137, 12 mea facta. Itaque etiam Trin. 1018 scribendum est: memoriam (codd. memoria) esse oblitum. cf. Seyffert Stud. Plaut. p. 26. c. acc. neutr. pronom. et adiect. Asin. 226 haecine. Bacch. 790 omnia. Acc. Trag. 222, 665 haec.

Verba iudicandi. In simulari Amph. 477 probri. cf. 887 sq. Mil. 364 sq. 392 (coniect.) 396. — Mil. 508 sq. probri — summi flagiti. Phorm. 359 malitia. c. acc. rei Amph. 859 facinus tam malum. c. acc. neutr. pronom. Amph. 820 quod. Aul. II 4, 9 quod (sic codd.). Pers. 129. — Arguere Amph. 882 sq. probri, stupri, dedecoris. 897 sq. stupri, dedecoris. Pseud. 746

malorum facinorum. c. acc. neutr. pronom. Men. 940 haec. Caec. Stat. Com. 61, 149 id. — Accusare Amph. 869 probri. c. acc. neutr. pronom. Asin. 173 quid. Trin. 96 id. — Incusare Truec. I 2, 58 probri. c. acc. neutr. pronom. Phorm. 914 quae. — Deprehendere Bacch. 950 doli (codd. dolis) ego deprehensus sum. — Prehendere Bacch. 696 quem mendaci prendit manufesto. — Tenere Truec. I 2, 30 Manufesto mendaci, mala, teneo te. cf. Fragn. Amph. 12 Manufesto hunc obtorto collo teneo furem flagiti (codd. manufestum). v. supr. p. 23. — Captare Amph. 821 impudicitiat. — Adstringere Poen. III 4, 27 furti. Rud. 1260. — Se adligare Eun. 809 furti. — Condemnare Most. 1099 argenti. Cat. r. r. praef. 1 furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli. Turpil. Com. 101, 128 voti condemnatast. Titin. e. l. 154, 154 eius voti condemnatus. — Absolvere Lex Acil. rep. C. J. n. 198, 55 eius rei absolutus esto. — Manum iniciere Pers. 71 tantidem ille illi rursus iniexit manum; cf. dubiam lectionem Truec. IV 2, 49 ego te manum iniciam quadrupli. — Capitis perdere Asin. 132. Bacch. 490. Mil. 371. — Addicere Nov. Com. 272, 115 quanti addictus. — Quod fragmentum Cistellariae laudant Holtze I p. 338 et Draeger I² § 209, 1 quid si adeam atque appelle malum damnique? a Studemundio (Ind. Scholar. Gryphisw. 1871/2 p. 13) sic Ambrosiano duce restitutur: Quid si adeam atque appelle? Malum damnique inlecebra, salve.

Verba affectuum. Piget Trin. 127 facti. Eun. Trag. 21, 45 (R.) mei. Andr. 877 furti. Adel. 391 sq. fratris. Acc. Trag. 196, 471 Graium. Turpil. Com. 87, 18 mei. c. nom. neutr. pronom. Pseud. 281 id quod pudet facilius fertur quam illud quod piget. Stich. 122 ne faciat quod pigeat postridie. Ex inc. Trag. 237, 21 hoc dolet, pudet, piget. Phorm. 554 quod nos post pigeat. — Pudet Asin. 933 tui. Bacch. 379 neque mei neque tui. 1016 quoius facti. Trin. 912 deum me hercle atque hominum pudet. Truec. II 2, 25 probri. Eun. Trag. 21, 44 (R.) patris mei meū factū pudet. Heaut. 260 cuius. 576 ipsius facti. Phorm. 392 horum. 525 sq. vanitatis. Hecy. 793 Philumeneae. Adel. 391 sq. fratris. 683 tui. Turpil. Com. 87, 18 mei. Ex inc. Trag. 253, 123 sq. Thesprotum pudet Atrei. Lucil. ex inc. libr. 154 facti suppudet. c. nom. neutr. pronom. Asin. 933 nilne te pudet. Bacch. 483 neque pudere quicquam. 1156 quid est quod pudeat. — Cas. II 3, 26. Epid. 107 (I 2, 4). 168 (II 1, 3). Men. 642. Merc. prol. 56. 912. Mil. 624. Most. 1165. Pers. 424. Poen. V 5, 26. Pseud. 281, 370. Acc. Trag. 149, 104. Ex inc. Trag. 237, 21. Andr. 871. Phorm. 644, 1042. Adel. 84 sq. 244. — Adel. 754 non te haec pudent? (Turpil. Com. 98, 104 olim coniecerat Ribbeck: num illam illaec pudent?) Ex hoc alteroque loco Stich. 51 me haec conditio non poenitet (h. vers. deest in A.), apparebat, priscos scriptores etiam dixisse: res aliqua me piget, pudet, poenitet, atque pronomina in genere neutro posita, quae modo attuli, nominativos esse, non accusativos. Holtze I p. 22. Kühner I, § 206 A. 7. Huc spectat etiam fragmentum Caec. Stat. Com. 63, 166 Pudebat, credo, commemoramentum stupri. — Personalis usus exempla haec sunt: Cas. V 2, 3 ita nunc pudeo. Epid. 166 (II 1, 1) plerique homines quom usust ut pudeant. Andr. 637 nihil pudent hic (codd. pudet). Turpil. Com. 98, 104 num hilum illa haec (puella) pudet? ex coniect. Ribbeckii. — Poenitet Stich. 551 duarum. 711 horum. Truec. II 4, 77 quoius. Eun. 1013 flagiti. Phorm. 172 nostri. Hecy. 775 famae. Acc. Trag. 177, 312 sq. tuae laudis e. l. 200, 491 lucti. — Mil. 740

nil me poenitet. Stich. 51 me haec condition non poenitet (deest in A.). — Poeniteo Pacuv. Trag. 81, 31 proloqui non poenitebunt liberi. — Tae det Amph. 503 tui me neque domi distaedet. Cas. I 54 tui sermonis. Most. 316 convivi sermonisque taesumst. Eun. 297 cotidianarum harum formarum. Adel. 150 sq. omnium. Caec. Stat. Com. 63, 159 mentionis. — Misere et Bacch. 1044 miseret me illius. Cist. IV 2, 103 huius. Curc. 518. — Most. 985 eius patris. Pseud. 1324 mei tergi. Rud. 277 misericarum. Stich. 329 harum. Trin. 343 ne tis (= tui) alias misereat. Vidul. fragm. II, 16 (Stud.) me miserebat tui. cf. Enn. Trag. 21, 45 (R.). Eun. 802. — Enn. Trag. 32, 130 neminis. Andr. 869 mei. Heaut. 168 eius. Phorm. 188. — Heaut. 260 cuius. Hecy. 446 mulieris. — Heaut. 749 Menedemi me vicem miseret, cuius rarae constructionis hoc tantum exemplum extat. — Misere o Enn. Ann. V 175 cogebant hostis lacrantes ut misererent. Enn. Trag. 37, 168 (R.) miserete anuis. Hecy. 64 hortor ne cuiusquam misereas (sic A, misereat rell. codd.). — Misere or Afran. Com. 218, 417 nostri miseritust deus. Ex. inc. Com. 128, 93 saepe qui misereri potuit. Cat. orat. LIV (J.) 63, 7 sq. rei publicae — miserear. C. Gracch. Orat. Mey. p. 248, 6 misereri vestrum pro vestri v. supr. p. 11 Adn. Praeterea tribus locis Plautinis in codicibus legitur misereri, Capt. 765. Pseud. 378. Truc. II 1, 13 ubi nunc infin. act. scribunt editores Brix, Lorenz, Spengel. — Me miseretur Turpil. Com. 91, 55 quam matris nunc patris me miseretur magis. Pacuv. Trag. 122, 354 cepisti me istoc verbo, miseretur tui. Trin. 430 me eius miseritumst. Heaut. 463 me tuarum miseritumst fortunarum. Scip. Afr. min. contra leg. iudic. Orat. Mey. p. 192, 16 me rei publicae maxime misertum est. Crassus, suas. leg. Servil. Orat. Mey. p. 301 neque me minus vestri quam mei miserebitur. Claud. Quadr. Ann. XX Hist. Pet. p. 234, 4 ecquando te nostrum (pro nostri) et rei publicae miserebitur? — Me misere scit Trin. 343 ut ita te aliorum miserescat. Hic locus fugit Draegerum, qui hoc verbum $\ddot{\alpha}\pi.$ $\varepsilon\iota\varrho.$ esse docet Histor. Synt. I² § 95 et § 211, I afferens Heaut. 1026 inopis nunc te miserescat mei. — Me commiserescit. Ne hoc quidem verbum est $\ddot{\alpha}\pi.$ $\varepsilon\iota\varrho.$ ut contendit Draeger e. I. I² § 211, 1. Nam praeter Hecy. 128 sq. Bacchidem — eius commisereret, iam Georges in lexico attulit Rud. 1090 ut ted huius commiserescat mulieris. Adde ex inc. Trag. 272, 245 sq. nilne te horum fortunae, nil commiserescit meae? — Commiserisco Pacuv. Trag. 129, 391 ipse eius commisereret. Turpil. Com. 110, 211 ut illius commiserescas miserulae orbitudinis. — Misere uno loco c. gen. construitur Acc. Trag. 182, 355 te commiserabam magis quam miserabar mei, aliis locis c. acc. Dubia est lectio Acc. Trag. 181, 353 Quid te miseraris.

Verba copiae et inopiae. Complere c. gen. Amph. 470 sq. erroris et dementiae. 1016 stupri. Men. 901 flagiti et formidinis. — c. abl. Amph. 251 telis. Cist. I 2, 8 flore Liberi. Naev. Com. 31, 136 amore capitali. Enn. Trag. 21, 53 (R.) navibus. Enn. Ann. inc. fragm. 550 terroribus. — Impleere c. gen. Aul. III 6, 16 furum. Merc. 409 impleantur legorum meae fores carbonibus. At Holtze I p. 120, d et Ebrard I. I. § 56, b falso abl. carbonibus cum verbo implendi construunt. Merc. 795 suspicionum. Cat. r. r. c. 88, 1 aquae purae. c. 153 faecis. — c. abl. Aul. III 3, 6. Cas. I 35. — Explere et replere cum abl. omnibus locis construuntur: Asin. 405. Eun. Ann. IX 310. Andr. 339. Acc. Trag. 178, 323. — Poen. III 3, 88. V 5, 11. Enn. Ann. IX 310. — Oppondere, quod verbum Draeger I² § 239, c. negat cum genitivo construi, semel cum hoc casu coniunctum invenitur Truc. II 6, 42 oppletis tritici granariis. — c. abl. Aul. I 2, 6. IV

6, 9. Pseud. 588. Rud. 905. Truc. II 6, 41. Aquil. Com. 34, 8. Turpil. e. I. 105, 162 fama ac flagitis. (De conjectura Müller Prosod. Plaut. p. 464 famae ac flagiti v. Corollar. (R.) p. XXXIX). Enn. Trag. 66, 343 sq. (R.). Heaut. 306. Santra Trag. 228, 1. — Onerare c. gen. semel legitur Pacuv. Trag. 113, 291 postquam est oneratus frugum et floris Liberi. — c. abl. Amph. 328. Capt. 465. 774. 827. Men. prol. 25. Merc. 978. Mil. 677. 903. Pseud. 357. 588. 764. 1320. Stich. 532. 639. Andr. 827. Phorm. 841 sq. 843. 844. — Egere. Non recte in universum docet Draeger I^o § 239, h. hoc verbum saepius cum ablativo coniungi, sed genetivum disperse omnibus aetatibus inveniri. Nam uno loco excepto (ex inc. Com. 126, 78 minimo eget) apud priscos scriptores egere aut cum genitivo aut cum acc. neutr. construitur: Amph. 819 tuipt si pudoris egeas. Asia. 591 quia tui amans amantis egeo (sic Seyffert Stud. Plaut. p. 1 pro abeuntis). Bacch. 651 egens consili. Mil. 1033 tis (= tui) egeat. Corruptissimus locus Truc. II 6, 20, ubi vulgo ex conjectura legebatur: Quid adhuc egeo tui, malum, ammoniticis? ap. Draeg. delendus est. De variis conjecturis cf. Schoell, Anal. Plaut. p. 22 Adn. 46. — Eun. Ann. inc. fragm. 587 virtutis. Enn. Trag. 26, 89 (R.) opis egens tuae. — c. acc. neutr. Men. 121 nec quicquam eges. Cat. orat. LXXX (J.) 73, 4 multa egeo. Neque satis accurate Ebrard I. I. § 3 p. 582 de usu huius verbi disserit locos Eunianos omittens. Ex exemplis, quae sub v. egere attulit, duo spectant ad v. carere: Heaut. 400 tui carendum quod erat et Eun. 223 non ego illam caream. — Indigere. Omnes scriptores, contendit Draeger I^o § 239, i. praeter Caesarem et Livium, qui ablativo utantur, verbum indigendi nulla certa lege et cum gen. et cum abl. coniunxisse. At Ebrard I. I. § 3 p. 582 hoc verb. a priscis scriptoribus praeter Terentium c. abl. construi docet unum ablativi exemplum ex Cornelio Sisenna afferens, quem scriptorem equidem ut recentioris aetatis omisi. Fefellit opinio viros doctissimos; nam apud priscos scriptores tantum genetivus ex hoc verbo pendet. v. exempla: Cist. I 1, 31 suarum opum indigentes. I 1, 33 suique omnium rerum. Rud. 642 tui indigentes auxili. 943 tui sermonis indigens. Andr. 890 huius patris. Turpil. Com. 91, 49 porti indigentes. — Carere c. gen. Heaut. 400 tui. cf. Laevius ap. Gell. XIX 7, 7. — c. acc. Curc. 136 id. Poen. IV 1, 4 qui quod amat caret. Eun. 223 non ego illam caream. Turpil. Com. 8^o, 32 meos parentes. — c. abl. Asin. 801 sq. Capt. 357. 925. Cist. II 1, 57. III 3. Curc. 17. Mil. 1033. Most. 500. 858. Poen. V 4, 16. Trin. 1129. Truc. IV 3, 59. Heaut. 137. 257. Hecy. 663. Pompon. Com. 252, 183. Ex his, quae attuli, ablativi copiae et inopiae exemplis circiter viginti quatuor apud Ebrarium I. I. § 3 a et § 56 b frustra quaeres. — Potire, compotire eandam vim habet ac potentem vel compotem facere aliquem rei. c. gen. Amph. 178 eum potivit servitus = compotem servitutis fecit. c. abl. Rud. 911 (Neptunus) piscatu novo me uberi compotivit. — Passive significat potiri id quod in potestatem venire. Capt. 92 est potitus hostium. 144. 762. Epid. 532 (IV 1, 5). 562 (IV 1, 35). — Potiri deponens = potentem fieri rei. c. gen. Rud. 1337 viduli. Enn. Trag. 63, 329 (R.) pacis. Pacuv. 102, 205 frugum. Lucil. V 18 pani' potitur. VI 6 illorum si possim copi' potirei. Asin. 555 fugae potiti, ex conject. Bücheleri Nov. annal. 1863, p. 772 (codd. eugae). c. acc. Amph. 187 ut salvi poteremur domum (sic B. Fleck. domi). Rud. 190 laborem. Naev. Trag. 11, 37 Dic quo pacto eum potiti. Enn. Ann. I 78 praedam. Adel. 871 patria commoda. 876 gaudia. Acc. Trag. 141, 40 plagas. 212, 590 sceptrum. Pacuv. Trag. 84, 56 e. l.

103, 217, 113, 289. Ex inc. Trag. 242, 51. Caec. Stat. Com. 54, 109. c. abl. Pseud. 1071 si illa sit potitus muliere. Afran. Com. 175, 77 quie. — Compotiri c. abl. Rud. 205 ita hic solis locis compotita. — Singularis est usus horum, quae sequuntur, verborum cum genetivo: Levare Rud. 247 omnium laborum. — Privare ἀποστέγειν Afran. Com. 183, 152 me cum privares tui (codd. privis). — Abundare Lucil. VIII 17 quarum rerum. — Fervere Pompon. Com. 240, 101 domus haec fervit flagiti. — Orbificare Acc. Trag. 190, 421 liberorum. — Saturare Stich. 18 haec res vitae me saturant. — Obsaturare Heaut. 869 istius obsaturabere. — Participare Cist. I 3, 17 sui participat consili.

Genetivus pretii. Verba aestimandi et similia. Frequentissime ea significazione leguntur verba esse, facere, pendere, quorum exempla hoc loco enumerare superseedeo, (v. paulo infra sub genet. pret.) raro neque in libris satis distincte aestumare et existumare (cf. Ritschl ad Most. 76. Brix ad Capt. 679). — Most. 76 neque quod dixit flocci existumati. Capt. 682 parvi existumo (codd. aestimo). Ex inc. fragm. Plaut. (Grou. p. 1137, 14) flocci existumo, sic Ritschl ad Most. 76. (codd. aestimo). Pers. 353 pluris aestumo. (codd. existumo.) Ex inc. Trag. 262, 180 parvi aestimet. Lex Aci. rep. C. J. n. 198, 7 quanti — ae[stumata erit]. — Jam sequuntur reliqua huius generis verba. Ducere Naev. Com. 24, 105 eius noctem nauco (Bothe nauci) ducere. — Habere Lucil. ex libr. inc. p. 134, 23 tantique habearis. — Censere Rud. 1272 quanti censes. Lex Aci. rep. C. J. n. 198, 57 quanti eis censuer[int]. — Deputare Heccy. 799 deputat parvi preti. — Dedicare Scip. Afric. min. Mey. p. 184, 10 sq. quanti in censum dedicavisti? — Emere Merc. 221 quanti. cf. 514. Poen. IV 2, 75. Rud. 1405. Eun. 984. Adel. 249. Cat. orat. XVIII (J.) 49, 4. Cat. r. r. e. 146, 1. — Merc. 490 tanti. Adel. 200 tantidem. Cat. r. r. e. 22, 4 — Redimere Eun. 75 quanti. — Vendere Merc. 425 minoris. — Dare Adel. 203 ubi me dixero dare tanti. — Destinare Most. 646 quanti. — Conducere Pseud. 1184 quanti. — Subigere Pseud. 809 minoris. — Liberare Most. 973 quanti. — Indicare Pers. 575 quanti. 661 tanti. — Refert Mil. 882 magni. Pseud. 102 pluris. 1085 quanti. — Rud. 966 pluris tua quam quanti illud refert mea.

Genetivi pretii. Nihili Asin. 203. Bacch. 89. 1157 (bis). 1162. 1207. Capt. 986. Cas. I 31 ut semper improbus nihilique (sic. A, rell. codd. nihilque) sis. III 4, 15. IV 3, 5. Cure. 155. 218. Men. 972. 993. Merc. 125. 440. Mil. 168. 1409. Most. 156. 245. Pers. 94 (codd. nihil). 96. 120. 179. 224. (637 pro nihilo duco). Poen. I 2, 69. III 1, 17. V 5, 21. Pseud. 239. 1086. 1103. 1104. Rud. 920. Stich. 637. Trin. 607. 1032. Truc. II 6, 58. II 7, 3. IV 2, 51. 56. IV 3, 77. (codd. nihil.) Eun. 94. Adel. 167. 452. Titin. Com. 155, 157. Eun. Com. 154, 60 (V.) (codd. nihil). — Quantus Amph. 508. Bacch. 821. 1135. Capt. 145. Epid. 51 (I 1, 49.). 295 (II 2, 110) quanti emi minimo potest? („pro quanti cum emta sit, minimo pretio emta censeatur.“ Gronov. Lect. Plaut. p. 150). Merc. 221. 270. 490. 514. Most. 646. 822. 973. Pers. 575. 596. Poen. IV 2, 75. Pseud. 875. 1085. 1170. 1184. Rud. 966. 1272. 1405. Truc. II 4, 44. Eun. 74 sq. ut te redimas — Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas. Verbum redimenti cum genet. quanti coniungitur, postquam in eodem versu abl. pretii bis antecessit. Eun. 791. 984. Heaut. 155. Adel. 249. 977. Lucil. XXX 123. Cat. r. r. e. 144, 3. e. 146, 1. Lex Aci. rep. C. J. n. 198, 7. 57. Lex Aquil. de damno,

Brunn p. 40 (ter). — *Magni Asin.* 114, 214, 407, 460. *Cist.* I 1, 23. *Cure.* 262. *Mil.* 882. *Pseud.* 221, 578. *Stich.* 135. *Adel.* 879. *Turpil. Com.* 106, 169. *Lucil. ex libr. inc.* 11. — *Parvi Aul.* I 2, 34. *Bacch.* 558. *Capt.* 682. *Mil.* 1351. *Rud.* 650, 697. *Trin.* 102. *Inc. fragm.* *Plaut. Gron.* p. 1138, 21 *parvi penditur.* *Andr.* 526. *Heaut.* 715. *Hecy.* 513. *Titin. Com.* 147, 97. *Ex inc. Trag.* 262, 180. — *Pluris Asin.* 435. *Bach.* 630. *Cure.* 580. *Merc.* 514. *Pers.* 353. *Pseud.* 102. *Rud.* 966. *Trin.* 34. *Truc.* II 6, 8. *Naev. Com.* 7, 9. — *Tanti (tantidem) Bacch.* 821. *Merc. prol.* 16, 315, 490. *Pers.* 661. *Adel.* 200, 203. *Lucil. ex inc. libr.* 23. *Cat. r. r. c.* 22, 4. *Lex Aquil. de damno,* Bruns p. 40. — *Minoris Epid.* 522(III 4, 85), 661 (V 1, 54). *Merc.* 425. *Most.* 215, 883, 1146. *Pseud.* 809. — *Maximi Cas. prol.* 2. *Trin.* 813 *quod maxumist.* *Ritschl* et Spengel secuti auctoritatem Pall., at Brix maxumumst ex communi usu loquendi. (*Trin.* Krit. Anh. p. 144 ad h. versum). *Andr.* 293, 574. — *Plurimi Bacch.* 207. — *Minimi Pseud.* 269. — *Simpli, dupli Lex Aci.* rep. C. J. n. 198, 39. — *Permagni,* quod Draeger I^o § 201, 1 affert, nisi omnia me fallunt, nusquam legitur. — Rarioris generis exempla haec sunt: *Adel.* 163 *huius non faciam,* cum gestu quodam actoris pronuntiatum. — *Aequi Mil.* 784 *aequi istuc facio.* *Heaut.* 788 *istuc aequi bonique facio.* — *Truc.* II 4, 75 *quidquid attulerit, boni consulas* (codd. *bona*). *Cat. orat.* IX (J.) 41, 6 *boni consulitis.* — *Multi Rud.* 381 *multi facit.* *Cat. orat.* VIII (J.) 40, 5. — *Terunci cum negatione coniunctum:* *Capt.* 477 *neque ridiculos iam terunci facio.* — *Nauci cf. supra p. 8. cum negatione:* *Most.* 1041 *homo nauci non erit.* *Plaut. fragm.* *Parasit. pig.* (*Gron.* p. 1134, 3.) Ambo magna laude lauti: postremo ambo sumus non nauci (= graves, minime spernendi. *Luc. Müller cf. supr. p. 8 Adn.*). *Enn. Com.* 154, 10 (V.) *illic nugator nili, non naucis homo sine negatione:* *Naev. Com.* 24, 105 *eius noctem naoco* (Bothe: *nauci.*) *ducere.* (cf. *Lor. ad Most.* 1027). Quae verba apud Cic. de divin. I 58, 132 „non habeo nauci Marsum augurem“ vulgo Ennio tribuntur, (Kühner II § 86, 5 p. 336. Klotz, Forcellini) Ciceronis sunt non Eanii. cf. Vahlen, Eun. poes. rel. p. 136 fragm. II. Ribbeck, Trag. p. 55, fragm. II. Formulae nauci non facere in lexicis duo exempla afferuntur: *Bacch.* 1102 *hoc servom meum non nauci facere esse ausum,* et Eanius apud Cic. de div. I 58, 132 *non nauci facio Marsum augurem.* At in priore loco voces non nauci cum subst. servom coniungendas esse, iam supra p. 8 commemoravi, in posteriore profacio nunc vulgo legitur habeo. Itaque formula illa apud scriptores Latinos omnino inveniri non videtur. Neque nauci facere usquam, quantum perspicio, extat. — *Trioboli Poen.* I 2, 168 *non ego homo trioboli sum.* — *Flocci cum negatione:* *Cas.* II 5, 24 *cave deos flocci feceris.* *Cure.* 713 *non ego te flocci facio.* *Men.* 423, 994. *Most.* 808. *Rud. prol.* 47, 782, 795. *Stich.* 285. *Trin.* 211, 918. *Truc.* II 7, 45. IV 2, 56. *Iuvent. Com.* 82, 6. — *Most.* 76 *neque quod dixit flocci existumat.* *Eun.* 411 *ego non flocci pendere.* *sine negatione:* *Epid.* 348 (III 2, 12) *meum tergum flocci facio.* *Trin.* 992 *Di me perdant, si te flocci facio.* *Inc. fragm.* *Plaut. Gron.* p. 1137, 14 *flocci existumo.* e. l. p. 1138, 27 *flocci pendo.* *Eun.* 303 *qui illum flocci fecerim.* *Titin. Com.* 153, 137 *flocci fiet.* *Cat. orat.* VIII (J.) 40, 3 *famam flocci fecit.* — Duo ablativi pretii cum verbis aestimandi coniuncti, qui iam ab Holtzio I p. 121 e. allati sunt, leguntur apud Draegerum I^o § 247, 1: *Plaut. fragm.* *illuc habebit flocco iam homo lumbos meos,* et *Naev. Com.* 24, 105 *eius noctem naoco ducere.* Ac prior quidem versus Casinae (Gepp. 806), quem

Pareus inseruit Asin. III 3, 111, a Studemundio (Emend. Plaut. 1871, p. 15) ex cod. A sic erutus est: fusti defloccabit iam illic homo lumbos meos. Itaque verisimile est, alterum quoque ablativi pretii exemplum tollendum esse atque cum Bothio nauci pro nauco emandandum. — Non pensi esse, quam formulam affert Draeger I² § 201, 1 fluxisse videtur ex Truc. IV 2, 52 ad hilum pensi (aut: tantillum pensi) iam quo capiam calceos, ubi genet. quantit. pensi ex voce hilum pendet, ut Enn. Ann. I 14 neque dispendi facit hilum. — Parvi preti Hecy. 799 deputat parvi preti. — Quantivis preti Pers. 625 nomen atque omen quantivis iamst preti. Andr. 856 videtur esse quantivis preti.

Interest, Refert. De constructione horum verborum disputaverunt nuper Hoffmann Nov. annal. 1878 p. 199 sqq. et Teuber Annal. gymnas. Berol. 1879 p. 431 sqq. Atque eisdem in eo ad Teuberi sententiam accedo, quod docet, verbum *interest* a priscis scriptoribus semper usurpatum esse eadem significatione ac *differre*, diversum esse. (cf. Lor. ad Most. 394). Et ne hoc quidem praetereundum est, genetivos substant. ad haec verba nunquam adjunctos esse, ablativos qui dicuntur sing. fem. pronom. possess. *mea*, *tua*, *sua* etc. ad v. *refert* saepissime, nunquam ad v. *interest*. Apud Plautum *interest* tribus locis legitur: Bacch. 461 *Triduom non interest aetatis* ut maior siet. Most. 407 *Pluma haud interest, patronus an cluens probior siet.* Trin. 130 *Quid secus est aut quid interest, dare te in manus Argentum.* Fugit hic vers. Teuberum. (cf. Brix ad h. l.) Terentii exempla haec sunt: Eun. 232 sq. Adel. 76. Andr. 793. Eun. 685. Adel. 392 sq. — Multo frequentior est usus v. *refert*, quod praeter eos locos, quos contulit Holtze I p. 21 sq. et p. 66, invenitur: Amph. 741. Cerc. 395. 459. 530. Stich. 616. Trin. 319. Huc adde eos locos, ubi *refert* supplendum est: Amph. 1003 *quid mea?* cf. Heaut. 793. Phorm. 133. 389. Hecy. 510. Adel. 913. — Rud. 1086 *quid istuc tua?* — Phorm. 800 *quid istuc nostra?* cf. 940. Adel. 677 sq. — Cum genet. pretii Mil. 882 magni. Pseud. 102 pluris. 1085 quanti. Rud. 966 pluris tua quam quanti illud *refert mea.* — Cum neutr. adiect. Lucil. IX 27 *multum hic refert.*

Genetivus Graecus. De graeco qui vocatur genetivo disseruerunt Draeger I² § 212 et Kühner II § 87, 3. Exemplis ab his collectis addenda sunt: Mil. 801 *eius domi cupiet.* Titin. Com. 147, 93 *mei fastidis.* Lucil. XXVI 41 *fastidire Agamemnonis.* Quint. Atta Com. 161, 7 *nihilne te populi veretur.* Afran. e. l. 169, 31 *nemo vereatur tui.* 177, 99 *quae non vereatur viri.* 202, 302 *tui veretur.* Pacuv. Trag. 98, 183 *cuius pater veretur maxime.* Acc. e. l. 145, 76 *tui veretur te progenitoris.*

Genetivus exclamationis. Haec rara constructio ipsa quoque ad graeci sermonis normam conformata est. cf. Kühner II § 83, 3 A. I. Apud Plautum unum extat exemplum iam ab Holtzio I p. 329 allatum, Most. 912 *Di immortales, mercimoni lepidi!* (om. Draeger I² § 212 ex.) cf. Catull. 9, 5 *venisti. O mihi nuntii beati!* Lucan. 2,45 *o miserae sortis!* Prop. V 7, 12 *foederis heu taciti!*